

Q. D. B. V.
DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE 1718, 4^a 18
SUCCESSIONE
SUPERSTITIS CONJUGIS
PAUPERIS;

AD
Authentic. Præterea, Cod. unde Vir & Uxor;
QUAM
Sub PRÆSIDIO
IMMANUELIS WEBERI,
JCTI, SACR. CÆSAR, PALAT. COMITIS,
CONSILIARII HASSO-DARMSTAD. JURIS ET
HISTOR. PROFESSORIS P. ORDIN.

PRO LICENTIA
Summos in utroque Jure Honores
& privilegia Doctoralia rite capessendi,
PUBLICÆ EXCELL. DNN. PROFESS. CENSURÆ

SUBMITTET
ANDREAS ESENTHALER /

HASSO-CASSELLANUS;
Ad Diem 5. Febr. MDCCXVIII. M. H. L. Q. S.

GIESSÆ HASSORUM,
Typis VIDUÆ JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr.


DFG
DISSTATIONE LIBRARIAE HEDDICAE
SUCCESSIONE
SUPERSTITIS CONIUGIS
PAUPERIIS
AD
HABENDA PRAESIDIO
IMMANUELIS WEBERI
AC SACR-CASAR FALAL COMITIS
CONIUGII HASO-DURMATEDIUS ET
PROLATOR PROLATORIUM PRO CROWN
PRO LICENTIA
JUNIORIS IN MIDDLE JAMES HONORIS
LIBICAE EXCET DINN PROFESSIONIS
ANDREAS GREGORIUS
HASO-CASSETVNS
MDCCXIV. V. 1. 6.
GERALDE HASO RUM
JEP. ADIUS JON REINN ALTH. V. C. D. 10.
DFG

PER-ILLUSTRI ET EXCELLENTISSIMO
DOMINO,
DN. JOHANN ERNST/
MAGNO JCto,
SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS
CONSILIARIO GRAVISSIMO, AUGUSTÆ
ET IMPERIALIS CAMERÆ ASSESSORI
SPLENDIDISSIMO.

UT ET
EXCELLENTISSIMO aitq CONSULTISSIMO
DOMINO,
DN. HENRICO EHN/
Rothfelszer /
APUD SERENISS. & POTENTISS. HASSIARUM
LANDGRAVII REGIMINIS CASSELLANI,
SUPREMO CAMERÆ RERUMQUE METAL-
LICARUM CONSILIARIO GRAVISSIMO.

NEC NON
PRÆNOBILISSIMO, AMPLISSIMO ET
CONSULTISSIMO
DOMINO,
DN. JOANNI KOPPIO,
U. J. D. REIPUBL. CASSEL. TER CONSULI,
SCABINO ET SCHOLARCHÆ SPECTATISSIMO,
DOMINIS, MOECENATIBVS, AC EVERGE-
TIS GRATIOSIS, SUMMIS.

VIRI, PERILLVSTRIS, EXCELLENTISSIMI,
AMPLISSIMI & CONSVLTISSIMI



Udax & temerarium certè videri posset. Tantis Vestris, *Viri*, quisque suis honoribus ac dignitatibus fulgentissimi, Nominibus levidenses hasce plagulas recepto more consecrare & inscribere, ac Vesta eaque gravissima ipsis rerum argumentis jamdudum consecrata negotia nugis his Scholasticis interrumpere. Verum enimvero quotiescumque Gratiam, Favorem & propensissimum animum V. V. nec non immerenti mihi exhibita huc usque cumulate beneficia & munera, quibus me præter spem & exspectationum prosecuti fuistis, ad animum revoco; è contrario autem pro exiguis viribus tanto debito exsolvendo prorsus imparem me deprehendo: nescio ad quod debitoribus obæratis in jure concessum beneficium & asylum configiam. Ingratissimi autem hominis notam mihi africandam & piaculum duxi, nisi vel hac datâ qualunque, quam desiderio desideravi, occasione, tantam magnitudinem gratiæ & beneficiorum publicè prædicarem & verbis saltē, quamvis nec illa quidem dignè succurrant, devotissimum, gratissimum & beneficiorum in me collatorum memorem animum declararem. Hinc gratiosos benevolosque pro Vest. inusitatâ benignitate acha-

◆ ◆ ◆

ac humanitate Censores Vos futuros mihi que facile
niam largituros confido, si indubitatum debiti mei mu-
tis modis contracti pignus hic quasi constituam, insimul
huic levi char: æ splendorem, quem per se non habet, à
Tantis Nominibus conciliare studeam. Atque Tibi spe-
ciatim, *Vir Per illustris & Excellentissime*, maximis beneficij
vinculis me devinctissimum agnosco, qui me Wetzlariæ
commorantem nunquam salutaribus consiliis designa-
tus es, sed gratiosè fovisti, ornasti, protexisti. Quid mul-
ta? Te video Principem mihi diu multumque deliberanti
& hæsitant ad fuscipiendam & ad ingrediendam ratio-
nem hujus, quicquid est, moliminis extitisse, Tibique ea-
propter acceptum devotissimè referendum duxi. Nec
minus Tibi, *Vir Excellentiss. & Consultiss. Dn. HENRICE
DEHN*; maximas gratias publicè agendas existimavi ob-
sumnum erga me Favorem, quo Tibi me non ita pri-
dem inter privatos parientes prosequi benignissimè placuit,
quo solo nomine, ut nihil jam commemorem de ceteris
propensi affectus documentis, me semper obstrictissimum
merito profiteor, operam daturus, ut majora procedente
tempore observantiae cultusque mei specimina edere pos-
sim, atque singularem, quam quidem omnibus concedis
humanitatem mihi clientum infimo semper conservem.
Tandem nec ultimas Tibi, *Vir Amplissime ac Prudentissime Dn. JOANNES KOPPI!* sed vel primas, utinam
Te dignas possem! gratias persolvendas esse censeo: In-
gentia

○ ○

gentia enim sunt Tua, quibus una cum ceteris Viris Consularibus, Scabinis & Senatoribus meritissimis, me domo discedentem pie exornare voluistis, merita & benefacta, quae tacito jam venerari satius erit silentio, quam illa verbis non satis dignis enumerando obscurare, declarando obfuscare.

Accipite ergo, *Viri suis quisque honoribus & dignitatibus condecoratisimi*, serenâ fronte benevolis que manus exile hoc observantiae nunquam intermoritur & gratissimi animi signum, quod hic demiso obsequio summaque offero reverentia. Ne aspernemini chartaceum munus ab eo profectum, cui majora non suppetunt: Deus Ter Opt. Max. inexhaustis gratiae suae opibus Vos, Mœcennatum Optumi, sustentet & quam mentis, quam corporis bonis abundare & virtutes V. V. sanè raras perennare faciat, consilia & quibus occupati estis, negotia exoptato evenitu fortunet, quo ad communem omnium salutem Cæsari, Principi, nec non Familiarum V. V. splendori quam diutissime adhuc superstites sitis, & absoluto tandem hoc vitae curriculo æternum Vos triumphare & jubilare jubeat. Sic ex animo yovet

*PERILLVSTRIS, EXCELLENTISS.
& AMPLISS. NOMINVM V.V.*

devotissimus, observantissimus Cultor

ANDR. EISERMANNUS.



PRÆFATIO.

Diu multumque deliberanti de idoneo The-
mate Juridico pro specimine Inaugurali e-
laborando, & verò, quæ in ipsis rerum
argumentis obtinent, nec ab antiquis fabu-
lis appetuntur. S.; I. Proem. plenius esse
tractanda cogitanti, ex L. i. ff. de Suspect.
tutor. L. 25. ff. de Liberat. Legat. tandem ex
vasto Juris Oceano præsens de Successione Conjugis superstitis
pauperis, Bon der Erbsfolge des hinterbliebenen armari
Ehggatten/ occasione Authentic. Præterea, Cod. Unde Vir &
Uxor, argumentum fatale præ ceteris se mihi obtulit. Sanè
Successionis ab intestato in genere considerata materia una
ex nobilioribus in Jure Civili, & frequentioribus in communi
vita est, in qua potissimum sequi oportet id, quod jure no-
vissimo cautum reperitur. Per id enim à subtilitate Jurispru-
dentiae anterioris ad utilitatem, à rigore ad æquitatem redi-
tur; & simplicitati antiqua & naturali pleraque conforman-
tur. Quod si igitur nulla esset alia causa, quæ nobis Novel-
larum Justiniani studium commendaret (sunt autem longè plu-
rimæ) certè vel hoc solum argumentum de jure succedendi
ab intestato ad hoc sufficere posset: prout loquitur Cunradus

A 2

Ritter.

Rittershusus, in Exposit. Novell. Part. VII. Proem. num. 6.
Magnus quidem & Testamentorum Faveret, L. I. C. de SS. Ec-
ccl. neque tamen minorem successioni ab intestato tribuendum
censeo; Siquidem per illa, ex improbo affectu & per fraudes,
non raro defuncti bona in alios, quos non decebat accipere,
transferuntur; Conf. I. Captatorias 70, seq. ff. de Hered. instit.
L. II. C. de Testam. militis & vid. Disp. habita hic Giesse, de
Duobus Testamentis simul validis, sub Praesidio Illustris Aca-
demicæ Cancellarii, Dn. D. Mollenbechii, cap. V. §. 8. in med.
In hereditatibus autem ab intestato communem potius mor-
talium inclinationem sequinur, arg. L. I. ff. de suspect. tutor.
cum Successio ea à natura sit, & secundum eam certis perso-
nis bona debeatetur. Novell. I. Praefat. §. 2. id quod latius pro-
bant Hugo Grotius, Jur. B. & P. cap. VII. §. 3. Strjk. de Success.
ab intestat. Diff. I. cap. I. §. 1. seq. alii. Et hac ratione praeca-
vetur, ne litibus innumeris fenestra aperiatur. Pufendorff.
Offic. H. & C. Lib. I. cap. IZ. §. 10. seq. It. J. N. & Gent. L. IV.
Cap. 2. §. 2. Observarunt hunc Successionis modum in primis
veteres nob̄i Germani, de quibus Cornel. Tacitus: Hæredes
sucecessoresque sui cuique liberi, & nullum Testamentum. Si
liberi non sunt, proximus gradus in possessione, fratres, patrui,
avunculi. Mor. German. cap. 20. De aliis populis videantur
modò laudati Aurores. Ut ut enim proviso hominis cessare fa-
ciat provisionem legis, l. f. C. de pact. convent. Nov. XXII.
Cap. 2. §. 1. sèpe tamen accidit, ut ejusmodi provisionibus
vel scopus non obtinetur; vel non recte providentium cons-
cientiae onerentur, juxta illud vulgatum:
Wer da will seelig sterben;
Der lasß sein Gut den rechten Erben.
quod tamen omnino præcavendum est: & refert Dni. Ger-
hardus, de Jure Testament. Romano, Differt. I. §. I. num. 4, ex
Cicerone

Cicerone: Mihi credite, major hereditas venit unicuique verum in iisdem bonis à Jure & Legibus, quam ab iis, à quibus illa bona relictâ sunt. *Ino Deus non raro aliter disponit, & illam Neapolitani Testamenti inscriptionem: Dolus malus & JCtus abesto! implet. Quid multis? Hoc unum, quo usus est Richter, in Præfat. Delineationis Success. ab intest. hodierno tempore usitatæ, tritum addo: Vino vendibili non opus est suspensa hedera. Dum vero nisi animus est, præmissis generalibus, successionem conjugis superstitis pauperis ex Authentic. Praterea, C. unde Vir & Uxor delineare, methodo, qua alias juris textus resolvi sueverunt, magnis etiam JCtis non ingratia, id commode fieri posse sum arbitratus. Tuam igitur Benev. Lettor, humanitatem atque benevolentiam omnibus modis expeto, deque ea nulla dubito, præsertim ubi tibi persuasum habueris, me non ex pruritu in publicum prodeundi, sed aliqua ex necessitate hanc Disputationem scripsisse, immo conscribere debuisse. Ad Te vero ante omnia, summe Deus, supplex provolvor, humillime rogans, quoniam haec enim Tuam benedictionem sat luculenter in studiis meis expertus sum, quæ effecit, ut in laboribus me hilarem semper & alacrem præbere potuerim, pro ineffabili Tua Clementia & nunc mihi Præses, immo principium, medium atque terminus in præsenti negotio esse velis. Novell. 109. pr.*



I. N. D. N. J. C.

CAPUT I.

*Prolegomena quædam continens
de Successionibus Conjugum,
quæ olim obtinebant.*

SUMMARIA.

Successio Conjugum de jure veteri, ejusque diversitas ex diversitate matrimoniorum orta, quorum tria genera fuisse traditur, §. 1. It. Successio ex Jur. Civ. latè sumtō, ut & Prætorium sub se comprehendat, & quale jus antiquum ab Imperatoribus significetur, proponitur, §. 2. Successio Civilis privilegiaria & augmentata continetur, §. 3. Tandem eius descriptio, methodus Dissertat. & verba textus adduntur, §. ult.

§. I. De

§. I.

DE successione Conjugis superflitis pauperis agere dum aggredior, præmonendum est, Jure ci-
vili antiquissimo, ex lege Romuli, Conju-
gum successionem obtinuisse. Erant enim tria
Conjugiorum genera, scilicet per confarre-
ationem, coemptionem, & usucacionem; &
inde quoad duo priora descendentes diversi successionum modi,
quos in compendio videre licet apud Stryck. Success. ab intestat.
Dissert IV. C. 1. §. 1. & ibi allegg. quibus jungi quoque merentur
Carol. Sigon. *Antiqu. Jur. pop. Roman. L. 1. C. 9.* p. 127. nec
non ad Taciti *Annal. L. IV. C. 16.* Commentatores. *Edit Gro-
novii*, pag. 439. seqq. Enimvero, quoniam, qui usu fieri
dicebantur conjuges, ex dicta lege Romuli successione carebant;
& confarreandi consuetudo paulatim ab usu recesserat, teste
Tacitò l. c. imo Conjugum successio Plebiscitò Voconiò, de
coercendis mulierum hereditatibus, planè sublata fuerat, A.
Gellius Noct. Attic. L. XX. C. 1. Conf. Petr. Peck. de Testament.
Conjug. L. 1. C. 1. num. 1. in fin. & sicuti maritus ab uxor, ita
uxor à mariti successione per fiscum exclusa fuit arg. l. un. C.
Und. Vir & uxor. Neuenhahn. de Jur. ac Privil. Viduit M.
2. S. 19. lit. B. Andreas Tiraquel. in Leg. 4. connubial. Gloss. I.
Part. 4. num. 6. quia nec agnatione, nec cognatione sibi invi-
cem conjuncti fuerant; nec ratio habebatur an superstes con-
jux esset dives vel inops. Schneidew. ad Inst. Libr. III. tit. 1.
num. 7. rubr. de Success. inter Vir & Uxor. Henr. Salmuth. ad
Pancirollum Tit. 59. Cujac. Paratit. in Cod. tit. Und. V. &
Ux. Valent. Förster. de Success. ab Intell. lib. 9. c. 1. & 2. & mul-
ti alii, Idcirco Prætor omnes postmodum conjuges novo qua-
si beneficio ante fiscum ad successionem vocavit, concessa ipsis
Bonor. petition. ex Edicto Unde Vir & Uxor, l. un. ff. Und. Vir.
& Ux.

§. II.

§. II.

Et id quidem ex justissima ratione Prætor, cuius erat ~~ex~~
quitatem ante oculos habere, & rigorem légum temperare,
introduxit, ut videlicet favor conjugalis, prout ante decreve-
rat, sic crescere iterum & vires capere inciperet. Sunt enim
Conjuges omnis cognitionis & affinitatis causa & principium
*L. 4 ff. de grad. & affin. Divini & humani juris socii l. 1. ff. de
Rit. Nupt. l. 4. C. de Crim. Expil. heredit.* Uterque fortuitis
casibus particeps *l. 22. §. 7. ff. solut. matrim. dos quemad. nec*
ulla major unio est, quam conjugalis, per quam vir & uxor
efficiuntur una caro & una substantia in duabus personis. *Ge-
nes. II. 23. Andreas Tiraquell. Leg. 1. connubial. Gloss. 1. Part. 1.*
Quid ergo ~~ex~~ quis, quid justius est, quam ut conjuges etiam
ad mutuam in bonis successionem quodammodo admittantur?
Recte Hahnus ad Wesenbec. tit. ff. Und. V. & Ux. num. 1. Li-
cet conjuges sanguine sibi non jungantur, naturæ tamen con-
veniens est, & proxima cognitioni naturali ex affectione mari-
tali orta conjugalis successio. Add. Richter Part. 1. Decis. 9. n. 3.
Etiam societas vitæ uxorem quodammodo rerum maritalium
dominam facit *l. 1. ff. xer. amotar.* Postea quoq; ipsi Imperatores,
Theodosius Junior & Valentinianus Tertius, justum & ~~ex~~
quum, suaque comprobatione dignum judicarunt, ut in de-
fectu liberorum, parentum, seu propinquorum, conjuges si-
bi invicem succederent, & filio præferrentur. *L. un. C. Und.*
Vir & Ux. Neuenhahn. *Secl. 12. lit. B. p. m. 124. pr.* Antea
insuper, post hanc legem observatam, Imperatores hi ma-
jorem & pinguorem formam succedendi conjugibus dederant,
ut sc. una cum parentibus & aliis propinquis defuncti sine dis-
tinctione ususfructus vel proprietatis, item dicitarum vel
paupertatis, in certa parte succederent, nullis vero eorum
extantibus, in solidum. Nam sic loquitur *l. ult. Cod. Theod.*
de

de Legit. hereditat. (ex qua nostram L. un. C. interpolatam dicit Jac. Gothofred. in Not. pr. add. L. ult. Cod. Theodos.) Pridem latæ Constitutionis pars quædam abroganda est, ne ullis parentibus aut propinquis, quos nature legisve pariter prærogativa defendit, in capiendis ab intestato hæreditatibus præferantur conjuges, vel etiam comparentur. Postea autem in dict. L. un. C. Und. V. & Ux. Jus Prætorium iterum confirmarunt & reduxerunt, in quo textu per antiquum jus Prætorium vel Edictum perpetuum intelligi vult Rittershus. Expos. Method. Novell. Part. VII. cap. 16. n. 6. conf. Cujac. III. Obs. 12. it. Paratitl. f. & C. b. t. & ad Nov. LIII. f. lit. B. Schneidew. Lib. III. tit. 1. n. 13. ampl. 2. Jus enim hoc antiquum antiquatum aliquando fuerat singulari quadam constitutione, inter cuius capita alia & hoc quoque fuerat, ut conjuges sibi invicem ab intestato succederent, una cum propinquis quibusdam defuncti conjugis; imò propinquos quosdam excluderent, uti ulterius docet Jacob. Gothofred. d. l. in Comment. quo brevitatis studio nunc me remitto, Add. Stryk. d. Tr. Disser. IV. c. 1. §. 4. seq.

§. III.

Et hæc fuit Successio Conjugum de Jure Civili: In his verò terminis non substituit; sed ulterius hanc Prætoriam æquitatem novo beneficio adauxit D. Justinianus Imperator, & ut, eveniente casu, quo conjux superstes pauper, præmoriens vero locuples fuerit, ille non modo una cum Cognatis, sed & liberis defuncti Conjugis in certa parte succederet; quorsum pertinet novissimum jus Nov. CXVII. c. 5. junct. Nov. LIII. c. 6. ubi Imperator statim ab initio in genere dicit: *Ad clementiam omnis à Nobis aptata est lex;* ut propensam suam erga egenos è Conjugibus superstites voluntatem demonstraret; id, quod certè magnificentum atque Imperatoria Majestati op-

B

pido

pido conveniens est. *Frugi enim hominem dici, non multum laudis habet in Rege; fortem, justum & magnanimum, largum, beneficium, liberalem, hæ sunt regiae laudes,* inquit bellissime Cicero in *Oration.* Id, quod & anterioribus Imperatoribus saepe curæ fuit; ut videre est in Novell. Theodosii, Imperatoris Augusti, tit. 24. circa init. ita inquietis: *Imperatores quippe provisionis munus esse censemus, ut omnes nostris dispositionibus gaudeant, nemo suis inique denudatus facultatibus defeat:* ut & Marcus Imperator Princeps providentissimus & juris religiosissimus appellatur in l. 67. f. ff. de legat. 2.

§. IV.

De hac itaque Conjugum successione in specie dum agere animus est; monente autem Cicerone Lib. I. n. 4. de *Offic.* omnis, quæ à ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet à definitione proficiisci, ut intelligatur, quid sit id, de quo disputetur, ideoque illam ita definio: Quod sit novum beneficium, ab Imperatore Justiniano indulatum superstiti conjugi pauperi, cum extantibus liberis, vel aliis cognatis defuncto diviti certo modo succedendi. *Nov. LIII. c. 6. Nov. CXVII. c. 5.* & inde desumpta Authentic. nostri textus, Lauterbach. *Colleg. Theoretico - Prædic. ad Nov. CXVIII. §. 46. Part. 2.* Quibus præmissis ad ipsius Authenticæ analysin pedem promoveo, id acturus, ut, quæ summatim in Definitione comprehensa fuerunt, aliquæ ad textum declarandum necessaria, uberioris enucleentur.

Textus resolvendus.

Authentic. Præterea, Cod. Und. Vir & Uxor. Lib. VI. Titul. XVII.

Præterea, si matrimonium sit absque dote, conjux autem præmoriens locuples sit, superstes verò laboret inopia, succedat

cedat una cum liberis communibus alteriusve matrimonii in quartam, si tres sint, vel pauciores; quod si plures sint, in virileportionem: ut tamets eisdem matrimonii liberis proprietatem servet, si extiterint: his vero non extantibus, vel si nullos habuerit, potietur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.



CAPUT II.

Inscriptionem & Originem exponit.

SUMMARIA.

Origo Authenticarum paucis perstringitur, Novell. Authorem esse D. Justinianum, non tamen omnium, cuius vi-
ta curriculum remissive additur, §. 1. Ab Authentico di-
stingui Authenticam, §. 2. Non omnes Novell. esse D. Ju-
stiniani, nec Authenticas Cod. nec omnes ex Novell. sum-
tas; non omnes Novell. Græcè scriptas; idem accidisse Au-
thenticis Cod. Interpretem versionis Nov. vulgatæ ejusve
collectorem esse incertum, Epitomatorem maximam par-
tem Irnerium esse, §. 3. Applicatio dictorum ad textum
summariter subiicitur, §. ult.

§. I.

Inscriptionem quod attinet, nulla in Authenticis Codici in-
sertis cernitur peculiaris; sedes autem, unde omnes desumptæ

B 2

funt

sunt Authenticum s. originale vocatur & sunt Novellæ Constitutiones Imperatorum notissimæ. Authenticum autem deri-vatur à Græco αὐθεντίᾳ, quod est pro autoritate imperare. Latius pertractat Cunrad. Rittershus. in *Exposit. Novell. Proem. C. I. & II.* Autoritaque Novellarum est Div. noster Justinianus, id, quod cuilibet, qui primis saltē labris jura degustaverit, facile primo intuitu patebit; non tamen omnium, cum etiam aliquæ Justini Imperatoris, cuius ex forore nepos est Justinianus, in ipsis IX. Novellarum *Collationibus* vulgo ita dictis adpareant, quas tamen Juri Justinianeo, tanquam posteriori, cedere, docet Alberic. Gentil. de *Libris Jur. Civil. C. I. in fin.* quādam etiam Successorem Justiniani Justinum auctorem agnoscent, Hagemeyer de *Autoritat. Jur. Civil. Cap. IX.* p. 28. vid. *Nov. CXLIV.* ibique Gothofred. lit. Q. add. *Nov. CXL.* & aliae. De nostri Imperatoris origine, vita & rebus præclare gestis nec non virtutis vid. Rittershus. loc. alleg. ideoque hisce ego nunc immorari nolo.

§. II.

Alias ab *Authentico* Doctores distinguunt *Authenticam*, quasi clausulam & particulam ex Novellis desumptam, utilius videre licet apud cit. Rittershus. in *Exposit. Novell. Proem. Cap. I. num. 17.* ibi: *Quod scil. Authenticæ nomen imposuerunt clausulis quibusdam, quas antiquus Glossator Irnerius (vel Wernerus) ex Novellis sive Authenticis integris summatim excerptas retulit in Codicem Justiniani: & plenrumque subiecit, veletiam interjecit, illis legibus, quibus per Novellas derogatur, vel etiam aliquid additur, vel quæ omnino abrogantur: item paulò ante num. 7. 8. sive vetera & priora jura tantum confirmant, reterentis necessariis, in quibus tota vis legislationis consistit, respectis autem rejectisque superfluis.* It. *Cap. V. n. 3. & 14.* Richter. *ad Authent. Cod. Praef. num. I.*

§. III.

§. III.

De Authenticis ergo istis in *Codicem Justinian. repet. prælett.* relatis porrò hoc tenendum est, quod, sicut ipsæ Novellæ, per dicta §. 1. non sunt omnes Div. Justinian. ita nec authenticæ omnes ad eum tanquam Auctorem referri possint, imò nec omnes ex Novell. sint, e. gr. Authentic. Habita Cod. Ne filius pro Patr. It. Authentic. Gazaros Cod. de Hæretic. & Manichæ. quæ defumta est ex Collat. 10. Confit. Friderici & alia in dñe haustæ. Matth. Stephanii in *Novell. Proœm. n. 39.* Porrò Novellæ ut ab initio omnes ferè Græcè scriptæ fuerunt, exceptis scilicet XVII. XXIX. CXLIII. CL. & CLXIII. ita quoque Authenticas eodem idiomate constitisse credibile est. Hodie tamen, ex quo civitate Novellæ Latina donatae, versio Latina ob Corporis Juris in foro receptionem eandem cum textu originali habet autotitatem. Quis veterit Novellas historia nos ferè dubios relinquit, quoad versionem vulgatam. Nec quis collegerit eas in confessio est, ignotus est Balduino hic rhapsodus. Rittershus. *ad Novellas in Exposit. cit. Proœm. Cap. V. §. 8.* Nec quis Authenticas Codici inseruerit, satis constat; Irnerium privato ausu id fecisse communis sententia est, quod quidem Strauchio, *in Irnero non errante, Cap. II. §. 4.* non placet; defenditur tamen limitative saltem prior sententia a B. Strykio *Præcogn. Juris universi Cap. VI. §. 4.* vid. §. anteced.

§. IV.

Hæc si ad Authentic. Præterea Cod. Und. V. & Ux. applicaverimus, constabit certò eam haustam ex fontibus Novell. LIII. cap. ult. & Nov. CXVII. c. 5. quarumq; principalem Auctorem esse Imperatorem Justinian. sacrissimum Principem, id, quod etiam expressum in Novellarum Inscriptiōnibus nomen ejus aperit indicat; & eō magis probabile facit, quod magno præcipue uxores favore laudatissimus Imperator semper prosecutus

secutus est, iisdemque sollicitè prospexit. De cætero, quamvis alias dicatur : Authenticas non valere, nisi quatenus cum Novellis conveniunt, Rittershus. l.c. Part. 13. cap. 4. num. 8. Richter. ad Auth. Cod. Praefat. num. 3. quia plus fidei habendum est Originali, quam Exemplo, & rectè conqueritur Zafius, sapè eos falli, qui ad Authenticarum summulas & non ad iplarum Novellarum Constitutionum verba advertunt apud Matth. Stephani ad Novell. Proem. n. 33. 34. Unde variis Irnerio errores passim impingunt ; vid. Jac. Wissenbach, in Sylloge Errorum Irnerianorum ; Georg. Rittershus. Promulgate errorum ab Irnerio commissorum. Sixtinus de Regal. L. 2. cap. 15. n. 34. seqq. non tamen dubitandum est, quin Authenticæ nostra de indotatis Conjugibus disponens, sit ex Novell. LIII. cap. ult. & Nov. CXVII. cap. V. desumpta, eandemque cum suis fontibus autoritatem atque vim obtineat, quoniam cum iisdem atque aliis adhuc juris textibus exactè convenit, &, si quid forte in aliis peccavit Irnerius (Cancellarius Imperatoris Lotharii II. cit. Steph. num. 32. It. Staats-Historie de rebus gest. sub Lothario II. f.) quem tamen prater Strauchiun, Pagenstecherum, & Strykium in plerisque excusant ; in praesenti tamen Authenticæ eum non errasse, nec quicquam fecisse, quod vituperari possit, facile cuivis apparebit, qui eam cum dictis Novellarum textibus accurate conferre voluerit, conf. Fachinæus L. X. Controvers. 72.

CAPUT III.

Terminorum in Authenticâ nostrâ occurrentium explanationem continens.

SUMMARIA.

SUMMARIA.

Vocab. Præterea conjunctivè hic & aliis in locis reperitur; num & disjunctivè accipi possit, & quid dum simplex vox præter notet, includatne vel excludat? §. 1. Dic si quid regulariter significet; unde dictum veniat matrimonium §. 2. An differat à Nuptiis; nec excludere à beneficio succedendi sponsalia omnibus numeris absoluta, & alia matrimoniorum genera licita & honesta, §. 3. De matrim. absque dote; qualis dos hic intelligatur, dotis parvæ determinationem judici rectè committi; matrimonium absque dote esse posse & contra, §. 4. An mors civilis & naturalis requiratur, ut succedi possit, §. 5. Locuples unde dicatur & quis? arbitrio judicis relinquiri, quod ne sit vagum, quid ille consideret? §. 6. Paupertas similiter judici dijudicanda relinquitur, qui arbitrabitur juxta status conditionem, que æstimanda ex præmorientis & superstitionis conditione, §. 7. Aliquot divisiones successionis §. 8. Quid notent vocula una cum §. 9. Quinam nomine liberorum hic veniant? §. 10. Quartam portionem uxori assignatam, non ultra 100. libr. auri extendi debere, quenam ratio? §. 11. Explicatur libra auri per 72. solidos, quanti considerit solidus, incertum, quanti æstimetur solidus & libra auri hodie, §. 12. Distinctionem ususfructus & proprietatis in hac portione, it. ejus mutationem in partes quotas adscribi Novell. II. Imputationem autem legati &c. ex Nov. 53. defundam probatur, §. pen. & ult.

§. I.

Nunc ad ipsam Terminorum hujus Authenticæ explicacionem nos accingimus; ubi in fronte occurrit vocabulum

Præterea,

Præterea, quod, quanquam alias compositum, hic *conjunctim* legitur, & reperitur quoque in l. 17. f. Cod. Theodosian. de Proximis, Comitibus &c. Lib. VI. Titul. 26. ita: *Quam legem, secundum ipsorum petitionem, prætere tres Mello-proximos, id est, Benagium, Hypatium & Theodorum, circa omnes alios valere præcipimus*; ubi tamen nihil aliud, quam simplex vocabulum *præter* significare docet Jac. Gothofred. ibi in Not. add. L. 25 §. *præterea* i. ff. de S. Cto Silan. Nihil tamen vetat, quo minus & *disjunctivè* hic accipere valeamus voculam, ut sic idem sit, ac si diceretur: *Præterea, quæ dicta sunt, ut interpretatur Calv. Lexic.* hac voce *præterea*: quemadmodum & alibi locutio *præter id* reperitur, ut in l. 10. §. 2. ff. de Ann. legat: ibi: *Uxori præter id, quod ad me vivo anni nomine accipiebat, aureos centum dari volo;* Imo etiam voces *eo amplius, insuper, Germ. über das,* addunt & repetunt, ut Interpretes demonstrant ad l. Si *servus* §. si quis ita ff. de leg. l. l. Si sit, eod. Calv. voce *eo amplius.* & aliis pluribus in locis. Non autem frustra positum est hoc vocabulum in nostrâ Authentica, sed vel immediate præcedentem legem respicit; vel hoc innuendum putavit Irnerius, non esse Imperatoris voluntatem, ut Edictum Prætorium de Successione cessare debeat, sed ei insuper aliquid se addidisse, nempe normam successionis, quando conjuges, quorum præmoriens sit dives, superstes verò laboret inopia, decidere eveniret; ita ut in l. un. ff. & C. Und. V. & Ux. non sit subsistendum, sed hoc jus ab Imperatore introductum pro novo planè habendum sit. Nam, uti nec antea, quam hæc lex dabatur, à Prætoribus in successione casus divitiarum & inopia attendebatur, imo nec post introductam ab Imperatoribus succedendi formam supr. Cap. I. §. 2. memoratam; denique nec post reductum jus Prætorium: ita rarius sibi invicem successuri fuissent conjuges, nisi D. Justinianus

nianus ipius hoc modō prospexit; quamvis jus Prætorium seu Bonorum Possessionem adhuc obtinere satis constet, quando ad totam hæreditatem admitti velint Conjuges: de quo in Cap. ult. Conf. præter §. ult. Colleg. Theorico-Practic. Lauterbach. tit. ff. de Bon. Possess. Dissert. habita Giesse, de Duobus Testamentis simul validis, Præsident. Excellentiss. & JCtiss. Dn. Canceller. Mollenbec. ubi Cap. ult. §. i. magnò numerò celeberrimi JCti id statuentes allegantur, quibus jung. Ungebaur. Exercitat. Justinian. IV. §. 10. Richter. ad Authent. Præterea. num. i. Neque enim hæc est natura Novell. & Authentic. ut tantum abrogent; sed confirmant etiam non raro & explicant: quin in dubio correctio non præsumenda est, nisi ex præfatione Novelle, vel ex necessitate verborum illa evincatur. Stryk. Præcogn. Juris Cap. II. §. 27. Struv. Exercitat. I. th. 69. Addatur Cujac. (in JCtorum republ. Consul sine Collega, ut in laudata modo Dissert. Cap. III. §. i. appellatur) Libr. III. Obs. Cap. 36.

§ II.

Sequitur in textu: Si matrimonium sit absque dote. Dic^{tio}
si variè apud J Ctos accipitur, ex. gr. 2. Feudor. 13. ubi si ponitur
pro an. Struv. Syntagm. Jur. Feud. Cap. XIII. aph. 6. p. m. 465.
pr. De aliis significatibus vid. Calvin. in Lex. hac voce. Hic vero
maximè usitatum significationem retinet, & conditionem facit;
scilicet præsupponit requisita in textu extantia, matrimonium
indotatum, defunctum conjugem divitem, superstitem vero
inopem, de quibus in progressu pluribus agetur. Matrimo-
nium D. Augustinus Libr. XIX. contra Faustin. ex eo dictum
scribit, quod non ob aliud debeat fœmina nubere, quam, ut
mater fiat, uti nuptia à nubendo dictæ, vel à nuptru, id est,
opertione & velamento, quo virgines ad exemplum Rebeccæ
ad conspectum sponsi Isaac se obnubentis atque velantis, Genes.
Cap. XXIV. olim utebantur, Conf. Welenbec. Paratitl. ad tit.

C

ff. de

f. de Nupt. Pagenstecher, ad Compend. Lauterbach. in Siciliment. b. t. De voce matrimonium in Cap. ult. X de convers. infidel. extat responsio cuiusdam uxoris Judaicæ, quam hisce verbis protulit : Cum infans mulieri ante partum onerosus, in partu dolorosus, post partum laboriosus fuisse noscatur, ex hoc legitimam conjunctionem maris & fœminæ magis matrimonium, quam patrimonium nucupari. De cæterò magnus meritò matrimoniorum favor est, siquidem sunt prima velut specimina vita socialis, simulque generis humani seminaria, uti loquitur Pufendorff. Offic. H. & Civ. L. II. c. 2. §. 1. Inde, cum contemptus connubiorum ad causas interitus Rerum publicatum pertineat, varias poenas in Hagesiolzen statutas refert Lauterbach. in Colleg. ad tit. ff. Quibus non competit. Bon. Poss. §. 2. Add. Besold. Thesaur. Præt. in hac voce, & in Addition. fol. m. 352. edit. noviss. nec non in Continuat. f. 266.

§. III.

Hisce præmissis ad rem ipsam progredior. Matrimonium seu Nuptiæ, uti Justinianus Sacratiss. Princeps definiit, §. I. 7. de Patr. Potest. sunt virti & mulieris conjunctio, individuam vitæ consuetudinem continens. Alii distinguunt, & putant, quod matrimonium inter virum & uxorem solo consensu contrahatur l. pen. ff. de Don. int. Vir & Uxor. l. Nuptias 30. ff. de Reg. Jur. Nuptiæ vero licet solennitates aliquas atq; certos ritus requirant; Wesenbechius hodiè promiscuè capi, nuptias, conjugia & matrimonia docet, Paratitl. ff. de R. N. id, quod tamen ita nude & crudè admittendum non est, cum, uti nuptias sponsalia, ita illæ matrimonium strictè sic dictum antecedunt, & solennitates quasdam exigunt, quemadmodum etiam Romanos eas non omnino neglexisse plus satis notum, & ut prolixius de iis agatur, non necessum esse puto. Addo tantum formulæ apud eos testificandi matrimonii exemplum: Cos. Aug.

Aug. Publ. Claud. Quæst. ærar. Antoniam Volumniam, Virg.
 volent. Auspic. E. Parentib. Su. coëmit, Et III. Fac. in Dom.
 Dux. i. e. Consule Augusto, Publius Clatidius, Quæstor ærarius,
 Antoniam Volumniam virginem volentem auspicio è paren-
 tibus suis coëmit, & quatuor facibus in domum duxit, prout
 ex lapide Patavino hanc communicat Prateus, in Lexic. Sicuti
 autem non omnis conjunctio carnalis est matrimonium, ita se-
 cundum datam definitionem justam conjunctionem hic intel-
 ligimus, quæ secundum legum præcepta initur. Pr. J. de Nupt.
 Nec excluduntur quidem sponsalia de præsenti in personis nu-
 bilis ætatis, & omnibus numeris absoluta, sunt tamen non nisi
 matrimonium inchoatum. Lauterbach. Compend. Jur. p.m. 441.
 Huc referendum est matrimonium ad Morganaticam seu Mor-
 gengabiciam, utpote maritali affectione contractum. German.
 Vermählung zur linken Hand/ Struv. Syntagm. Jur. Feudal.
 Cap. IX. tb. 5. num. 9. Stryk. Exam. J. Feud. Cap. VII. Quæst.
 3. & Cap. XV. Qu. 24. Interim verò dissidentiam erga Deum
 continere, non dubitat asserere Idem, C. VII. Qu. 6. Justum præ-
 terea pronunciat matrimonium ad Thalac seu conscientia Id.
 Stryk. Annot. ad ff. de His, qui sui vel. al. iur. verb. putativis.
 Colleg. Theorico-Practic. Lauterbach. tit. ff. de R. N. §. 72. &
 fin. Conf. Annotat. ad Compend. Lauterb. tit. ff. de R. N. n. 71.
 f. Dn. Job. Henr. Mollenbec. Celeberr. Dr. & Prof. Gieß. Inju-
 stum ergo matrimonium, & quod contra juris prohibitionem
 est contractum, huc non pertinet, nullumque effectum habet
 §. 12. J. de Nupt. pluribus infra.

J. IV.

Matrimonium absque dote porrò est, si sola affectione
 contrahitur matrimonium. Non enim dotoibus, sed adfectu ma-
 trimonia contrahuntur, inquit l. penult. pr. Cod. de Repud.
 Conf. Cujac. ad Nov. LIII. f. Et prisco Germanorum more do-

tem non uxor marito, sed maritus uxori obtulit, Tacit. de *Moribus Germ.* Cap. *XIX.* num. 9. Pertinet huc, quod refert, ex Arriano, Libr. rerum Indicar. Henelius ab Hennenfeld *de Jur. Dotalit.* Cap. 1. §. 3. tit. B. p. m. 8. *γαμετος δε, οτις δοθησις, οτις λαυρεως.* Vid. pluribus Collieg. Theorico-Practic. Lauterbach. tit. ff. d. *Jure Dot.* §. 1. f. Item matrimonium indotatum est, ubi parentum honesta vita pro Dote est; sed pauci sunt, qui ob Dei amorem uxores sibi jungunt, inquit Guazzus, *Civil. Conversat.* ut magis hodie ad pingue dotem, quam animorum concordiam & intimum inter contrahentes amorem magno seculi vitio respiciatur. Nec intelligitur dos, quæ in forma consistit, l. ult. ff. de *His,* qui effud, vel dejecter. ibique Gothofred. tali enim dote onera matrimonii ferri non possunt. Facit huc *Nov. LXXIV.* Cap. 5. f. pr. Sic strictè loquendo hue trahi nequeunt dotes prædiorum, quæ Græco vocabulo *ιδονη* appellantur in l. 2. §. 1. ff. de *Instruct.* vel *instrun.* legat. ibique Gothofred. l. 20. §. 1. verb. *ut instructi sunt fundi cum dotibus.* §. 3. *prædia,* *ut instructa sunt cum dotibus.* ff. eod. Nec sermo est hic de parvâ dote & modicâ, l. 32. ff. de *V. S.* Bald. *ad Authentic. textus nostri.* Sprienger. de *Modico* p. m. 87. n. 41. Glosl. ad l. ult. C. ad Leg. *Fab. de Plag.* dicit: *Uxor inutilem maritum habens vel nullum dicitur vidua; sic parva & nulla dos & equiparantur.* Quæ vero sit dicenda dos parva in arbitrio prudentis Judicis est, qui considerabit quantitatem Patrimonii, numerum liberorum & qualitatem personarum l. 60. & 69. §. 4. ff. de *Jur. dot.* Chassan. *Consuetud. Burgund. Rubr.* VII. §. 12. n. 22. Matthæsyllan. n. 22. p. m. 609. in *Tratt. de Success. divisor. Claris. Ictorum.* Idem erit, si nulla adest donatio propter nuptias; dos enim est species quædam donationis. arg *Novell. LIII.* pr. Hahn. *ad Wiesenbet.* tit. ff. *Und. V. & Ux.* N. 2. Struv. ff. eod. & passim DD. Conf. Lauterb. *Comp. p. m. 449.* pr. Sed indotata

indotata hoc loco pro paupere non habetur, si pater ejus dives; nam alimenta suppeditare tenetur. Struv. Ex. 38. Th. 39. Stryk. de Success. Diff. IV. C. I. §. 21. Interim post introductum a Romanis, illis rerum dominis, dotis usum, nemo erit hodie, qui pecuniariam dotem, quamvis locupletem, in mare cum Thalete abjiciendam censeat; Si ceterae dotes & bona moratae coniugis ad sint, natalium puto honestas, forma non planè Theristica, religionis item studium, fides, pudicitia, prudenter, peritiaque familiæ regundæ; ut differat Hennenfeld. §. V. l. cit. Talis autem hic indicatur dos, quæ marito datur ad facilius ferenda matrimonii onera l. 7. pr. f. de Jur. dot. l. 20. C. eod. Germ. die Mittagifti, ubi vero nullum matrimonium, ibi quoq; nulla dos regulariter est, l. 3. ff. eod. Sed dantur tamen casus in contrarium, Gothofred. ad d. l. Lit. C. & D. Vid. Dissert. De Dote sine matrimonio, hab. hic Gießæ 1710. Præfid. Illustr. Mollenbeck. Acad. Cancell. ut & matrimonium absque dote esse potest, de quo hæc Dissert. Ceterum dotis homonymia, divisio & objectum, jam sint extra scopum, & remississe sufficiat ad Commentatores & Systemata.

§. V.

Pergit textus, coniunx autem priemoriens locuples sit. Quid Conjuges fint, ex ante dictis facile constare potest. Sunt nempe omnis vitæ consortes, qui consensu & ceremoniis societatem matrimonialem contraxerunt, ut mas & femina, sicuti Modestinus loquitur in l. 1. f. de R. N. add. l. 30. ff. de R. I. Non ergo præcise requiritur conjunctio corporum, sed animorum, ad mutuam fidem præstandam, inquit Augustinus. Can. Conjuges 6. it. Conjunx 9. & Can. Priusquam 42. Caus. 27. q. 2. Altero conjuges ad hanc similitudinem vocantur Dominus & Vasallus 2. Feud. 58. pr. Nam hi reciprocam sibi debent fidem; unde Germ. illud: getreuer Herr / getreuer Knecht.

C 3

Præmo.

Praemoriatur autem unus conjugum sive civiliter sive natura-
liter , alter beneficio hujus Authentic. utetur , de quo infra
pleniuss.

J. VI.

Locuples in genere dicitur , qui multa tenet loca , i. e.
prædia vel fundos & possessiones habet . Olim enim divitias
ex pecudibus & possessionibus constitisse refert Barnab. Briffon.
Lexic. Jurid. hac voce; inde Ovid. *L. I. Fastor.*

Cætera luxuriæ nondum instrumenta vigebant :

Aut pecus, aut latam dives habebat humum:

Hinc etiam locuples; hinc ipsa pecunia dicta est.

Alias sumitur in jure pro eo, qui solvendo existit , ut in l. 234.
J. 1. ff. de V. S. ibi: locuples est , qui satis idonee habet pro
magnitudine rei , quam Actor restituendam esse petit. Lex
quidem Papia locupletem definit libertum , qui centum mil-
lia sextertium possideret , *J. 2. I. de Success. Libertor.* id per cen-
tum aureorum summam interpretatur Div. Justinianus, in *J.*
seq. eod. quod secundum hodiernam vulgarem & usualem mo-
netam conficeret 200. thaleros, uti Dn. Stryk. hanc computan-
di rationem servavit, *de Success. ab Intest. Dissert. IV. Cap. I. §. 36.*
substituendo sc. tres florenos usuales pro aureo; juxta opinio-
nem aliorum , aureos Hungaricos substituentium aliter. E
contrario M. Crassus aliam divitis aestimationem statuit , ut Ci-
cero, eloquentia Roman. facile Parens, de eo in Paradox. *Mul-*
ti, ait, *ex te audierunt , cum diceres , neminem esse divitem ,*
nisi qui exercitum alere posset suis fructibus. Sed fallax ha-
ctenus & in constans modus est aliquem divitem aestimandi,
ut potius cum Bartolo & Glossa ad hanc Authentic. tit. B. atq;
Schneidew. *ad Inst. Libr. III. rubr. de Success. inter Conj. n. 16.*
ad Judicis arbitrium sit recurendum , cum id , quod expresse
in Jure determinatum non est , eidem committatur *arg. L. 1. §.*
f. ff. de

f. ff. de jur. delib. qui considerabit circumstantias, substantiamque rerum & personarum qualitates. Nobilis enim pauper dici potest, licet mille in bonis habeat, cum è contrario rusticus pro divite censeatur, centum in bonis possidens. arg. L.
 Quero 60. ff. de Jur. dot. junct. leg. Si filiae 43. ff. de Legat. 3. Rustica namque familia non debet uti pane albo, pullis & aliis delicatis cibariis, sed caseo, cæpso & fabis, ait Accursius in Gloss. l. Servis urbanis 99. ff. de Legat. verb. cibariis. Non piget addere lepidum illud Dn. D. Walteri de Stat. & Privil. DD. Cap. XVI. §. 109. dicentis: Nobilibus & Doctoribus non asportandum esse allium, cæpas, panem atrum & graffum, caseum & similia, cum sint rusticorum cibaria. Add. Sprenger. de Modico p. m. 91. Conf. C. 3. Diff. 41. Non obstante, quod Disputatio de Juvenum Virgiacum Privilegiis, vom Jung. Gesellen Recht hab. Francofurti ad Viadrum 1689. Præside Dn. Schœpfero, Cap. I. num. 20. vocet arbitrium Judicis asylum ignorantia. Ne tamen vagum sit arbitrium Judicis ac pro luctu aliquem divitem vel pauperem censeat, magis ad fructus, qui ex bonis & substantia defuncti percipi possunt, respiciendum esse, quam ad eorum quantitatem, monet J. C. tissimus Dn. Stryk. de Success. Differt. IV. Cap. I. §. 18. Nam dives ille appellatur, qui ita pro qualitate status vivere potest, ut semper a liquid ex reditu superfit, arg. l. 22. §. 8. junct. l. 24. ff. Solut. marit. cit. Joh. Theodor. Sprenger p. m. 5.

§. VII.

Divitiis opponitur ut plurimum inopia vel egestas l. 3. pr. ff. de Testib. hinc jubet porro textus resolvere voces *superstes* vero *laboret inopia*. Inopia seu Paupertas accipitur interdum pro patrimonio, facultatibus, & substantia rerum, diciturque sic *troupeus* i. e. diminutivè l. 16. pr. & 78. §. 12. ff. de SCto Trebell. sic & Rex David. 1. Paralipon. Cap. XXIII. v. 14. dicit:

Siehe

Siehe ich habe in meiner Armut verschaffet 100000. Centner Goldes ic. Sed propria & nativa significatio est hujus loci, & inopia hic laborare censendus ille, qui est sollicitus de honestis alimentis; laborare enim pro sollicitum esse sumitur in l. 1. §. 5. ff. de Dol. mal. Gothofred. lit. 1. Alias Pauper definitur in l. 10. ff. de Accusat. ibi: qui minus, quam quinquaginta aureos habet; Alii metiuntur paupertatem juxta §. 3. Inst. de Success. Libert. ubi, quemadmodum §. anteced. dives censebatur, qui 100. aureos in bonis haberet; ita è contrario pauper esset, qui minus 100. aureis vel 50. possideret. Ut verò hoc admodum infirmo stat thalo, ita hic pariter ad sacram anchoram i. e. providi & circumspeti Judicis arbitrium configiendum. Dn. Struv. Exerc. 38. th. 39. Richter ad Authentic. Præterea n. 17. seq. Quod enim olim fuit parvum, hodie potest esse magnum, cum dentur, queis nec centum, nec quinquaginta oboli suppetunt, uti ex doctiss. ore B. Dn. Dr. & Prof. Orthii, Præceptoris post cineres devenerandi, occasione §. 5. J. de Attilian. rat. percepit. Arbitrium itaque Judicis, die Beurtheiltheit des Richters/ quod requisivimus, hic ita debet esse comparatum, ut non inopiam mendicitati æqualem requirat, cum Francise. de Barry, de Success. Testat. ac Intest. lib. 18. tit. 4. n. 14. seq. atq; aliis, quos Neuenhahn. de Jur. ac Privil. viduit. p.m. 125. lit. B. refert, qui extremam requirunt inopiam, per Novell. LIII. Cap. 6. ibi pr. in novissima vi viventes inopia. Pauper enim non solum est, qui non habet, unde vivat, sed &, qui vivere nequit pro conditione sui status, arg. L. 14. ff. de Ann. Legat. Joh. Theodor. Sprenger. de Modico p. m. 5. & 91. Hæc autem conditio status atque honestas ex conditione Conjugis superstitis etiam æstimanda venit. Müller ad Struv. Exercitat. 38. th. 39. lit. L. Neuenhahn. l. c. p. m. 126. atque Förster de Success. ab Intest. Libr. IX. Cap. 14. num. f. Exemplum hujus

hujus fei præbent; nec non ex præmorientis conditione, l. 8.
 ff. de Senator. ibi med. foemini enim dignitatem clarissimam
 mariti tribuunt. it. l. 22. §. 1. ff. ad municipal. Regulam au-
 tem, quam alioquin tradit Gudelinus apud Dn. Struv. l. c.
 quod quando sc. superstes neque ex dote, neque aliunde tan-
 tum haberet, quantum faceret portio illa facultatum præmor-
 tui conjugis, tunc pauper conscri debeat, ut minus habentie eo
 usque ex bonis defuncti suppleatur; esse admodum infirmam
 docet Dn. Stryk. Tract. sepe cit. §. 19. quia inopia hic non meti-
 enda sit respectu mariti decedentis, sed uxoris superstitis. Müll-
 ler ad Struv. l.c. nec menti Imperatoris Justiniani conveniens,
 tantum uxori assignare velle; talis namque suppletoria portio
 forte centum librarum auri quantitatem excedere posset, contra
Novell. CXVII. cap. 5. Iniquum tamen esset, uxorem omni pror-
 fusi commodo carere, & omnibus bonis exutam & nudatam
 ad mendicitatem & sibi colligendam redigi. ait Valentin För-
 ster. l. c. C. IV. n. 3. nec afflictæ addenda est afflictio arg. l.
Divus Marcus, 14. ff. de Offic. Præs. ibique Gl. Tantam nam-
 que marito amissio facit jacturam, quanta vix unquam excogi-
 tari poterit, inquit Neuenhahn. Tr. cit. p. m. 62. S. 8. Lit. A. conf.
 §. 4. J. de SCto Terullian. & l. ult. §. 1. Cod. Qui pot. in pignor.
 Levis hic paupertas non sufficit, Müller. ad Struv. Ex.
 38. th. 39. Lit. E; Franciscus de Barry. loc. cit. num. 12. In-
 super alia quoque dantur paupertatis privilegia in jure; sed
 ab hisce privilegiis libera nos Domine, precatur Cynus Pistori-
 en. ad l. 49. f. C. de Episcop. & Cleric. & Glossa ad §. 3. J. de
 Success. libert. Add. Wehner Obs. prætz. voce. Armut. ibi: Mit
 den Armen stärket man das Recht; Unter die Armen wer-
 den auch gerechnet/die sich mit ihrer Hand-Arbeit ehren
 müssen und können. Quod rationibus corroborat Stryk.
 cit. *Dissert. IV. C. 1. §. 20.* Utique si sine dedecore non liceat
 operari

operari ad lucrum, vel, ut vulgo dicitur: Lana & tela victum
quarere. Franciscus de Barry l.c.

§. VIII.

Ulterius progreedi nunc jubet textus dicens: *Succedat u-
nacum liberis communibus alterius ve matrimonii. Successio,*
ut simul Rubrum Dissertationis explicemus, in genere est vel
personarum, vel rerum. Illa est, quæ fit in Officium & admi-
nistrationem, ut in l. un. ff. de Off. Praefet. Augustal. It.l. 10.
pr. ff. de Off. Proconsul. Hæc est, cum persona non tam perso-
na, quam rebus succedit l. 21. Cod. de Patz. quæ acceptio est hu-
jus loci. Estque universalis tam civilis, l. 24. de V. S. l. 62. de
Reg. Jur. ut hæreditas, quam pratoria seu honoraria l. 1. f. ff.
de Muner. & honor. ut Bonorum Possessio; utraque porro
velex Testamento, vel ab Intestato §. f. J. Per quas pers. cui-
que acquir. §. 1. f. de Bon. Poss. item contra Testamentum.
Rubr. ff. de Injust. rupt. irrit. fact. testament. Rubr. ff. de
Inoff. testament. §. 1. d. t. Rubr. ff. de Bon. Poss. contr. Tab.
vel particularis l. 1. pr. ff. Si quis omis. caus. testament. l. 7.
seq. ff. de Jurei. ut legatum, fideicommissum, nec non Usuca-
pio, donatio §. f. J. d. l. §. 11. J. de Testam. ord. Tandem alia
successio est naturalis, ut ex parte matris; legitima alia, quæ
ex parte patris datur juxta leges, excepto liberalitatis Imperialis
socio. Gloff. ad L. 1. C. Und. Vir & Ux. verb. naturalis successio.
vid. Disp. de Liberalitatis Imperialis Socio. hab. hic Praef. Illustr.
Dn. Cancell. Mollenb. Sed ea successio, de qua in Rubr.
Dissertationis, cum ex beneficio legis, Constitutione sc. Im-
peratoris Justiniani debeatur, non ex Jure Prætorio, sed ex ci-
vili descendit, Schneidew. ad J. rubr. de Bon. Succ. §. cum iugi-
tur, n. 15. Richter ad text. n. 5. Sichard. ad Rubr. C. Lib. 6.
tit. 9. n. 9.

obseru

§. IX.

Voculae *una cum* Germ. *zugleich* / copulam denotant l. 142. de V. S. & apud Auctores classicos sic conjunctim reperiuntur ; uti quoque legere est in l. ult. C. de *Impub.* & alior. substit. ibi : *Si quis duobus heredibus institutis filio suo impuberi eos una cum alio tertio substituerit* ; paulo post : *Titius una cum filiis suis & Sempronius heredes mihi sunt*. Atque ita conjugendi vim habent , ut tamen non semper individue ac necessario conjugant. Sic si in l. 112. §. 2. de *Legat.* i. Titio cum Sejo quid datur legatur , utrisque legatum est , tamen poterit alter sine altero admitti ; Ceteroquin concursum faciunt , ut ait Hartmannus Pistor . L. II. Q. 21. n. 26. quod dictio (una vel simul) non tantum conjugat , verum etiam simultaneum concursum inducat , d. l. ult. C. uti hic superstes coniux pauper una cum liberis admittitur , & ad præmortui divitis hereditatem vocatur . Conf. Wehner , voce *zugleich* / cui Lat. *pariter* respondet . Glosa ad *Authentic.* nostr. de hac voc. *una* dicit , Lit. C ; quod , sive testatus sive intestatus decepsit , significet ; vid. cit. Disp. de Duobus Testamentis simul validis , Cap. III. §. 3.

§. X.

Quoad vocem *Liberis* notandum est , significari ea substantive sumpta in jure etiam nepotes , filios & omnes descendentes in infinitum , ut ait Callistratus JCtus in l. 220. de *Verbor.* signif. Liberi autem considerari possunt varie , sic ratione *gradus* sunt primi vel ulteriorum graduum , ut filii , nepotes , posteri ; ratione *Sexus* , masculi vel feminæ , vel hermaphroditi ; intuitu aut *nativitatis* vel *jam nati* , iisque *legitimi* & *naturales simul* , quales porro sui vel emancipati , communes vel alterius matrimonii ; sive per legitimationem tales , ut legitimati ; sive per adoptionem , ut adoptivi ; & *illegitimi* , qui extra matrimonium nascuntur , ut naturales , qui ex concubina prognati sunt ;

ti sunt; Spurii , qui patrem demonstrare non possunt; L. 23
 ff. de Stat. hom. §.12. J. de Nupt. injusti , qui ex damnato coitu
 proveniunt , ut adulterini , incestuosi s. nefarii , §. 1. J. cod.
 L. 38. ad Leg. Jul de Audult. Conf. Nov. XII. Dynus Mugellan.
 de Success. ab Intest. n. 3. p. m. 404. vel nascituri , ut postumi,
 qui pro natis habentur , quoties de eorum favore agitur l.7.
 ff. de Stat. hom. vid. l.3. Si pars hered. pet. l. 36. de Solut. ibique
 Gothofr. Nimis tam generalis dum foret hæc acceptio , tan-
 tum legitimi patri una cum uxore in nostro textu succendent ; il-
 legitimi autem , legitimati & adoptivi §.2. J. cod. §.14. J. de. hered.
 qui ab intest. non nisi certa ratione. Nec interest , an nati seu na-
 scendi , sive sui , sive emancipati sint , cuiuscunque etatis & gra-
 dus , sive virilis , sive foemini sexus , exve foemini sexus de-
 scendentes l.56. §. 1 ff. de V. S. l. 220. cod. Conf. Möller. Semestr.
 V. diff. 32. Et ubi lex non distinguit , nec nostrum est distinguere ,
 textus enim generaliter dicit : succedat cum liberis ; & sub liberis
 filii , nepotes , postumi & posteri continentur , ut dictum.
 Vid. regula pr. cit. l. 220. ibique Gothofred. Lit. J; Conf. Rü-
 dinger. V. Ob. 69. Add. Disput. Satura Paracemiariarum Juris Ger-
 manicarum Nova. P.49. Præsid. B. Cancell. Hert. Nec ab hac
 acceptance alienum videtur vocabulum Germanicum Kinder/
 ut Latinorum liberi . Nam aliud aliquando sunt Söhne und
 Töchter ; Söhne und Enkel . Inter alios. conf. Zafius Tom.6.
 L. 1. Conf. 7. n. 6. Nihil novi , ut paucis m. absolvam , consti-
 tuit Imperator Justinianus quoad descendantium successionem ,
 nisi ubi adfuerint numero tres vel pauciores , liberi ejusdem
 vel diversi matrimonii , & similiter ceteri hæredes. Novell. CXVII.
 C.5. Mathæsyllan. n. 18. p. m. 688. de Success. de quibus infra.
 Ceterum per pluralem hic denotatur & singularis , ut in l. 148.
 de V. S. L. 220. §. 2. cod. §. 10. f. de Adopt. & vice versa l. 16. de
 Testam. tut. Non tamen succendent adoptivi , qui sunt eman-
 cipati

cipati, Stryk. de Success. D. I. C. 2. §. 42. It. Privigni, exhēdati, monstroſi, l. 14. f. de Stat. hom. Monstroſos partus ſue fraude necant; ut jubet Romulus, Rex Romanor. ergo non ſuccedent, Prat. vid. fufius Disput. de Jure Monſtrorum. §. 10. hab. hic ſub Moderam. Magnif. mei Praefid.

§. XI.

Inſequuntur verba in quartam, ſi tres ſint, vel pauciores; quod ꝑ plures ſunt, in virilem portionem, Vocabulum quartam ex his notandum eſt; plurium autem quartarum dum fit mentio in jure, potiores ſunt (1.) Quarta D. Pii. (2.) Quarta legitima. (3.) Quarta Falcidia. (4.) Quarta Trebellianica. (5.) Quarta, quæ conjugi inopi eſt relinquenda. Ex quibus ultimo loco poſita Quarta ſine dubio eſt hujus loci, & intelligitur omnium bonorum prædefuncti conjugis divitiae, ita tamen, ut non tranſcendat hæc portio centum librarum auri quantitatem. Novell. CXVII. C. 5. Rittersh. ad Nov. P. 7. C. 17. n. 1. quæcumque etiam fuerint præmortui conjugis facultates: ad maximam namque respiciens dotem, legem hanc ſcripſit D. Justinianus quæ antiquitus plerumq; fuit C. librarum auri; terminum tamen & limitem Quartæ huic ſatis prudenter constituit, ne plus uxor ſuperstes ex bonis mariti caperet, quam ipſa, et ſi opulentissima, dotis nomine ipſi afferre potuerit Nov. XXII. C. 18. quæ quoque ratio eſt, quod uxor cum liberis paucioribus, quam tribus ſuccedens obtineat hanc portionem. Quantitas autem patrimonii ſ. Subſtantia defuncti pura debitibus existat in computatione, & mortis tempore ſpectanda, eod. & §. 2. & 3. J. de Leg. Falcid. i. e. bona non intelliguntur, niſi deductioare alieno, inquit JCtus Paulus l. 39. §. 1. ff. de V. S. nam beatus nemo ante obitum ſupremaque funera debet dici; Add. l. 11. §. 1. C. de Repud. ibique Gothofred. Lit. L. Franciscus de Barry, de Success. L. 18. tit. 4. n. 14. Hæc quarta portio ut pars

D 3

bonorum

bonorum, deducitur ante legitimam liberorum. Stryk. de Success. D. IV. C. 1. §. 32. f.

§. XII.

Libra auri quantum valuerit certo vix determinari potest, nisi quod illam septuaginta duos solidos effecisse constat ex l. 5. C. de Susceptor. Quid autem & quanti fuerit *solidus*, & que non liquet, Lauterbach p. m. 556. f. Comp. ideoque lubricum & periculosum est, de antiqua re nummaria scribere. Solidos numeros ex auro fuisse conflatos, id dubium non habet; sextam unciae partem aureum effecisse tempore Valentiniani atque Valentis, Impp. sub quibus cit. l. 5. prodiit, asserit Sprenger. de Modico p. m. 9. n. 7. 8. 9. Wehner. Obj. pract. voce: Gold+ Gulden. Aureus & solidus quoque in Jure promiscue occur- runt, ut in §. 5. J. de Attil. tut. §. 1. J. de Obl. que ex delit. §. f. J. de pœn. temer. litig. §. 3. J. de Success. libertor. l. 5. §. Prætor ait ff. de His, qui effud. vel dejec. Gail. 2. Obj. 39. n. 1. Hinc etiam dicti sunt solidi aurei, Jac. Gothofr. ad l. 13. Cod. Theodos. L. 12. T. 6. & solidus quasi integer & integri ponderis, ad differentiam solidi dimidiati, als Scheide Münze, Richter. Dec. 22. Part. I. n. 59. Lauterbach. tit. ff. de Donat. §. 10. & tit. ff. de Furt. §. 12. De Veterum computandi ratione per nummos & sextertios videri possunt l. 6. f. ff. de Usur. ibique Gothofred. §. 3. J. de Success. libert. Cujac. Obs. 19. C. 31. Moribus nostris comparantur solidi aureis Hungaricis seu Scutatis, Carpz. P. 2. C. 12. D. 12. n. 7. vel, ut Gail. l. c. putat, florenis seu aureis Rhenanis, add. Hahn. ad Wesenb. ff. de Donat. N. 6. verb. Est autem Conf. Brunnenm. ad l. 34. C. eod. pr. n. 3. ubi quoque causam computandi affert. Cæterum Florenus, ut hoc obiter addam, dictus ab aurea Reipubl. Florentinæ moneta, que ante 200. annos tantum valuit, quantum hodie ducatus Hungaricus; Inde etiam solidum

dum fere promiscue per aureum Hungaricum & per Ducatum explicant. Denn vor 2. und 300. Jahren ein Gulden ein Ducat gewesen. Lauterb. in Colleg. ff. de Furt. l.c. Struv. Exerc. 40. th. 10. Richter. l.c. Et 500. solidos five Ducatos communiter fere per mille thaleros Ddres explicant. Colleg. Lauterbach. ad tit. ff. de Donat. l.c. Bachov. de Treutler. Disp. 19. Vol. 2. part. post. tb. 6. Lit. C. fin. & Disp. 30. th. 3. Lit. G. f. Et quamvis Floreni vulgares argentei , qui 15. Baciros seu 60. Crucigeros continent, non nunquam etiam Latine Floreni aurei vocentur; non tamen tales intelligendi sunt, ubi in Germanico idiomate additur Gold oder Gold-Gulden. Mynsing. 5. Obs. 83. Rüdinger Obs. sing. 70. Cent. III. Hoc enim casu aureus justi ponderis in auro solvendus esset, maxime si sit inserta illa vulgaris & consuetuta clausula: gut von Gold und schwer von Gewicht / vel ita: recht gewogener Rheinischer Gold-Gulden/Landswehrung. Et ita judicatum refert idem Mynsing, in Camera Imperiali, in causa Anslingen contra Ungelter. Addit etiam Rüdinger. l.c. valorem aureorum vel florenorum non modo in Ord. Camer. Imper. sed etiam in aliis Contractibus & Obligationibus locum habere, ut, quoties in illis mentio sit aurei vel floreni Rhenensis, intelligatur aureus 15. basiorum , vel 6. Schrenckenberger / vel 42. Knacken / hocque per totam fere Germaniam. observari tradit Wehner. Obs. præf. p. m. 186. f. vid. Mynsing. 1. Obs. 65. In computanda tandem libra l. marca auri (promiscue enim in praxi usurpantur haec voces. Sixtin. de Regal. Cap. 10. n. 36.) iterum valde variant auctores. Franciscus de Barry de Success. Libr. 18. tit. 4. n. 14. ad marcam requirit 82. solidos; Insuper cum docente Jac. Gothofredo ad c. l. 13. Cod. Theodore. pro libra seu massa auri 84. solidos acceperint susceptores, ideoque ad coercendam ipsorum avaritiam l. 5. c. latam, ut novam, tradit. Alii 67. ducatos absolvere libram auri puri, eum Marck lohtiges

lōhtiges Goldes autumant, ut apud Stryk. de Succ. Diff. 4. C. I. §. 36. Adhuc alii, quorum & receptissima est sententia, 72. Ducatos vel aureos Hungaricos seu Rhenanos pro marca s. libra auri puri computant, juxta tritissimum: Eine Mark lōhtiges Goldes macht 72. Rheinische Goldgulden. Et sic, ubi jam ad propositum nostrum præmissa accommodare volumus, centum libræ auri uxori lucrum 7200. Ducatorum sive 14400. thalerorum afferunt; Et hoc fuit quantitas maximæ dotis antiquitus constitutæ. Stryk. l. modo cit. Dotem tamen 2000. Ducatorum Comitissæ non esse parvam estimandam dicit Franciscus de Barry, aliquoties cit. loc. n. 12. Sic Illusterrimarum quarundam familiarum statuto determinatam dotem recentet Joh. Theodos. Sprenger, de Modico p. m. 89. seq. ut in Ducatu Würtemberg. esse 20000. aureorum; maximam Nobilium in Suevia dotem 4000. florenorum non excedere, & juxta antiquam Venetorum legem, dotem ultra 6000. ducatorum aureorum non fuisse; plura ibid.

§. XIII.

Porro dicit textus; *Ut tamen ejusdem matrimonii liberis proprietatem servet, si extiterint: his vero non extantibus, vel si nullos habuerit, potietur etiam dominio.* Verba: *Dominio & proprietatem*, simul paucis perstringere aggredior; Est autem dominium jus, quo res alicujus est propria, & regulariter sub se comprehendit proprietatem, tanquam speciem sub genere; ut ex sequentibus patet. Dominium enim, intuitu modi acquirendi naturalis, dispescitur in *naturale*, quod gentium omnium commune est; & ex possessione naturali coepisse ait Nerva filius, in l. 1. §. 1. ff. de A. vel A. P. etiam post introducta semel rerum dominia est juris naturalis, ne mihi item eripiantur l. 5. ff. de J. & J. Et hoc est, quod Gerhardus inculcat, *de Jure Iustam. Romano, Dissert. I. §. I. Rerum domini* nia

nia ex iure gentium sunt, & in republ. necessaria: fundata
 hinc potestas dominandi atque disponendi de rebus suis purè
 & simpliciter & sub conditione mortis. vid. Genes. Cap. XIII.
 v. 9. Grot. d. J. B. & P. Libr. 2. C. 3. §. 1. seq. & Civile, quod
 modis civilibus acquiritur, l. 23. pr. ff. de R. V. pr. J. Quib. alien.
 lic. estque plenum s. proprietas solida l. 4. de Alim. & cib. le-
 gat. l. 26. pr. de Us. & Usufr. legat. vel minus plenum, & vocatur
 directum s. dominium proprietatis, ubi quis solam proprie-
 tam abscedente usufructu habet. l. 17. Quib. mod. usufr. amitt.
 hoc vocatur quoque simpliciter dominium in Novell. CXVII.
 Cap. 5. ibi: dominium illis filiis servetur; junct. text. nostro.
 Utile verò dominium, ideo sic inventum & nominatum, quan-
 do quis solum usumfructum absque proprietate habet, ut Em-
 phyticarius, superficiarius, Vasallus. Prædicatur insuper
 dominium de rebus incorporalibus, ut dominium ususfructus &
 possessio, l. 3. Si usufr. petat. Sic legitur etiam de dominio pos-
 sessionis, in l. 2. Cod. Theod. de Bon. mat. Libr. IIX. T. 18. ubi Im-
 perator Constantinus ita disposuit: Cum ad patres aliquid ex
 materna successione, interposita cretione, pervenerit, & ad
 liberos maternarum rerum successiones defluxerint, ita haberi
 eas placet in parentum potestate, ut dominium tantum pos-
 sessionis usurpent, alienandi verò licentiam facultatemque non
 habeant; quod Jac. Gothofr. per usumfructum vertit in N.
 Dicitur & proprietas reddituum l. 14. C. de SS. Eccles. Alia
 denique est species dominii, ut si liberi & heredes appellen-
 tur domini in spe, nam heres herus est, §. 2. J. de Hered. qual.
 ibique Joh. Sam. Stryk. Conf. Calvin. Lexic. voc. Dominium.
 Sic nihil difficultatis verba hæc involvunt, & ferè coincidunt.
 Fachinæ. supr. Cap. II. f. cit. l.

§. XIV.

Hæ voces : *bis non extantibus*, vel si nullos habuerit, identitatem importare videntur, ut pr. J.f. de *Excus. tut. vid. l. 112. de R. J.* Extare enim & in rerum naturâ non esse sibi opponuntur. Sic extare & existere Synonymia speciem præ se ferunt, sed contraria sunt, ut in l. 29. ff. de *Oper. Libert.* ibi: si heres non extat. Gothofr. lit. B. & Barnabas Brisson. in *Lexic. Jurid. verb. existere*: interpretantur, ut significant, ac *con-*
bare & *perseverare heredem* esse, non nomine tantum, sed & re. Exemplo utrumque illustratur: *Filium existere heredem statim, & invitum & ignorantem, sed non extare heredem, si se abstinuerit.* Cujac. ad l. 5. pr. ff. ad *S. C. I. T. Trebell.* Hoc loco tamen eundem saltem effectum habent, ut pr. dictum.

§. XV.

Tandem dicitur in textu: & imputabitur legatum in talem portionem. Et quidem rō imputare principaliter in Jure sumitur pro adscribere, tribuere; sicuti l. 6. §. 7. ff. de *Offic. Praefid.* ibi: *Medico imputari eventus mortalitatis non debet, ita quod per imperitiam commisit, imputari ei debet.* add. §. 3. f. J. Quib. mod. re contrah. oblig. §. ult. f. J. de *Societ.* Alia ratione accipitur pro numerare, computare; ut in l. 25. ff. de *Legat.* l. ibi: imputabitur ei in *Falcidiam.* It. l. i. §. 4. ibi: *Praeterea, si matrem aluit pupilli tutor, putat Labeo imputare eum posse: sed est verius, non, nisi perquam agenti dedit, imputare eum oportere de largis facultatibus pupilli.* ff. de *Tutel.* & *ration. diskr.* add. l. 20. §. 2. de *Bon. libert.* vulgo: deducere in suis rationibus vel quod in quadrantis computacionem venit, quo sensu hic accipitur. Summam autem hæc imputatio inter liberos, ne nimium graventur, & uxorem obtinet æquitatem, Stryk. de *Success. Diff. XI. C. ult. §. ult. Uxor enim*

VIX. 1

enim concurrens cum liberis paucioribus, quam tribus, semper potitur quarta portione, & quidem pleno dominio, si forsitan sint prioris, vel alterius matrimonii. Insuper consequitur mulier hanc quartam ab intestato, ex testamento idque vel simpliciter, sive loco quartæ, sive titulo institutionis, sive legati, & contra testamentum, & ne minui quidem potest. Michael Graff. *Sententiar. recept. I. Success. ab Intest. Q. 39. n. 3.* Berlich. *Part. 3. Conclus. 26. num. 24.* Et 36. contra testamentum autem, quia hoc, etiam si maritus expressè prohibuisset, in ejus potestate non est situm, *I. Nemo 55. f. de Legat. I. C. Raynutius 16. X. de Testam. Förster de Success. L. 9. C. 5. n. 1.* Matthæus Matthæfyllan. *de Success. art. 4. n. 7. in addit.* hoc vult probare verb. *Legatum.* Confer supr. voc. *unacum f.* In tantum procedit, ut maritus hanc portionem uxori egenæ ne quidem inter vivos, puta per emtionem, donationem & alium titulum auferre vel diminuere possit, quin uxor semper illud usque ad quantitatatem suæ portionis revocare regulariter possit, inquit Berlich. *I. c. n. 25.* Richter ad *Authentic. nostr. n. 32.* It. *de Success. S. 4. M. 1. n. 14.* Et hinc cum uxor hunc quadrantem non ex beneficio mariti, sed legis, consequatur, fit debitum legale & compensabile Borcholt. *de Grad. p. m. 256.* Bartol. *ad Auth. Præterea.* Si scilicet nomine legati vel alio titulo, ut dictum, aliquid, vel totum debitum, vel ultra, nacta sit; arg. *I. f. de Leg. Falcid. supr. I. II. f. h. C.* Nec ad rem facit, legatum sit species vel quantitas; & quamvis species regulariter cum genere compensabilis non sit, *I. 13. I. 2. f. de Pign.* hoc tamen casu ad aestimationem redigi & vendi potest, cum compensatio hæc seu computatio sit impropria, & alteretur in ultimis voluntatibus. Valent. Förster. *I. cit. C. 8. n. 2. 3. f. Impunitur, i. e. tanto minus ex bonis defuncti conjugis consequetur,* dicit Rittershus. *ad Novell. P. 7. C. 17. n. 8.*

§. XVI.

*Legatum itaque, ut hoc quoque notemus hic est donatio quædam, à defuncto relicta, ab herede præstanta, §. i. J. de Legat. Provisionem mariti in hoc passu uxori damnosam non debere esse, bene tamen eidem prospicere ipsum posse, non solum titulo singulari, sed & universali pro parte dictum §. preced. fieri namque hoc nullo invidet modo Imperator, ut omnibus modis concordantie legum serventur, Novell. LIII. C. ult. f. Ne autem nimis liberi graventur, sanctum, ut pauper conjux superstes concurrens cum liberis pluribus, quam tribus, partem accipiat tantum virilem & filialem, seu quantum uni competit filiorum eis Rüdes Theil / Novell. CXVII. C. 5. vid. l. 145. de V. S. nec hanc partem virilem ultra 100. lib. auri extendi vult Matthæus Matthæsyllan. de Success. n. 12. in Tr. divisor. Clariss. Ictorum. ut supr. voc. pauper. Porro de novo constitutum, ut mater liberis proprietatem servet; tandem imputari legatum in hanc portionem jussit Imperator; quadrat hoc quod alibi dicit: *Liberis pepercimus, & parentibus honorem debitum reservavimus*, §. i. J. Per quas person. cuique. Vocabulum autem *legatum* comprehendere volunt D'Dres, non solum dotem modicam & parvam, *de quib.* supr. sed & bona paraphernalia & receptitia, Rittershus. ad Novell. P. 7. C. 17. n. 8. Förster de Success. L. 9. C. 14. n. 3. Matthæsyllan. l. c. n. 22. Berlich. P. 3. Concl. 26. n. 18. Stryk. de Success. D. 4. C. 1. §. 22. & 32. It. D. II. C. 1. §. f. & C. 2. §. 20. Quod si legatum à viro relictum partem competentem supereret, dicendum illud subsistere, modo non excedat dodrantem, nec liberi quoad legitimam graventur, alioquin esset inofficiosa quædam donatio; & prohibitio patris hic nullius est momenti quoad liberos primi gradus, Hahn. ff. ad Leg. Falcid. N. 8. verb. Et cum testator expressè prohibet, per C. Raynaldus & Ray-*

IVX 2

naldus

naldus X. de Testam. Legatum è contrario à marito relictum legittimam non continentem, et si ex eo vivere uxor & se exhibere possit, repudiare tamen potest, ut quartam consequatur, quamvis in judicio petere cœpisset; ne alioquin fraus fieret legi, quæ generaliter concepta est, Brunnemann, ad Cod. Vnd. V. & Ux. f. p. m. 343. Stryk. l. alleg. D. 4. C. 1. §. 33. Franciscus de Barry de Success. L. 18. T. 4. n. 13. Alia ratio est legati ab extraneo relicti loco alimentorum, & uxor ex eo qualiter vivere possit; nam hoc supplere non tenentur liberi, & ab uxore, ut quartam accipiat, repudiari nequit, mortuo marito; si modò heres fuerit solvendo; Barry. l. c. per Novell. LIII. C. ult. f. Utrumque hoc legatum mariti vel extranei imputari posse, imo debere, vult generalitas verborum *imputabitur legatum.* Conf. Stryk. l. c. D. XI. C. ult. §. ult. It. D. IV. C. 1. §. 34. f. ulterius, si certa quantitas pecunia loco dotis à marito legata sit, cum tamen nullam acceperit dotem, valet legatum, quia constat, quid quale quantumque legatum sit uxor, §. 15. f. de Legat. non autem vice versa valet donatio propter nuptias uxor inopifacta, Novell. LIII. C. ult. f. ibique Gothofr. Lit. M.

§. XVII.

Ultimò loco quid per *talem portionem* intelligatur, non conveniunt DDres; Verior tamen & juri consentanea videatur sententia eorum, qui illam intelligi portionem contendunt, quam uxor habet jure dominii pleni, Stryk. de Success. D. IV. C. 1. §. 35. Richter. ad Authentic. nostram, n. 28. Add. Schneidew. ad f. Libr. 3. de Success. inter Vir. & Uxor. n. 14. Nam vocabulum *talem* ~~et~~ suam habet ad proximè præcedens *dominio*, quod, non extantibus liberis vel iis deficientibus, lucrari uxorem asseritur in *textu* & Novell. CXVII. C. 5. Relationem autem potissimum ad ea, quæ proximè præcedunt, faciendam suadet l. 15. §. ult. f. de Alim. & cib. legat. Hartmann. Pistor,

L. 2. Q. 5. n. 34. Et vult hoc quoque Novell. LIII.C.6. per quam uxor indistinctè semper quarta nacta est dominium plenum, & ex qua Textus noster supplementum sequens accepit: *& imputabitur legatum in talem portionem.* Novell. verò CXVII. distinguere cœpit inter usumfructum & proprietatem interque partem quartam & virilem, iisdemque mulieri derogavit; de imputatione autem nihil novi constituit; Exceptio itaque firmat regulam in casibus non exceptis & quod non prohibitum, cur stare prohibetur, vi Novell. LIII.C. ult. vel, ut Berlich. dicit P. 3. Concl. 26. n. 35. per tot. quod lex non cantat, nec nos cantare debemus. Imprimis vid. Borcholt. de Grad. p. m. 254. pr. add. Rittershus. ad Novell. P. 7. C. 17. n. 2. Hinc non est, quod scribat B. Brunnemann. tit. C. *Vnde V. & Ux. f. mulierem habere proprietatem in legato, in supplemento autem usumfructum.* ibique cit. Kohlius. Insuper æquitati quam maxime conveniri hanc sententiam, matri per Novell. CXVII. nihil detrahendo, affirmat Dn. Stryk. l. alleg. Liberis enim satis prospectum in cæteris, dum mater per Novell. eand. in casu plurium liberorum nunc partem tantum filiale nanciscitur, & quidem jure ususfructus solum, cum antea semper quartam, hancque pleno jure caperet, ut dicit.

CAPUT IV.

*Partitionem Textus, Summam
Casum & Auctoritas proponit.*

SUMMARIA.

SUMMARIA.

Divisionem Textus in duas partes principales, in Exceptio-
nem sc. & Dispositionem ipsam; quam pro objecto iterum
scindi, quantitatem & qualitatem considerando, sicut
§. 1. Summan proponit ipse Textus; aliam tamen substituit,
§. 2. Casus à DD. proponuntur, & aliis figuratur; §. 3.
Aliquot rationes dubitandi ex regulari succedendi for-
ma desumptas exhibit §. 4. Ratio decidendi ex textu
primaria & aliæ adjiciuntur §. 5. Objectionem quan-
dam continet §. ult.

§. I.

Præmissis Terminorum Explicationibus, nunc ad ipsam re-
 solutionem & reliqua, quæ hæc Methodus postulat, pro-
 grediendum est; in duas partes principales Textum commodè
 dividi posse arbitror: Quarum Prior Exceptionem à Jure com-
 muni Civili Romano continet, inclusis tribus requisitis, quæ
 alii pro duobus membris habent. Posterior autem pars mo-
 dum & dispositionem ipsam succedendi tradit, quæ pro ratio-
 ne objecti variat, consideratur enim ejus

Quantitas pro } tres & pauciores, ubi semper
 numero libero- } quarta competit conjugi pauperi,
 rum, suntq; vel } plures, ubi viriles portio debetur;
 & Qualitas } ejusdem matri, { extantes, quo casu portio-
 pro qualitate } liberorum in- monii s. com- } nis ususfructus,
 tuitu matri- } moniorum & munis, hique } deficientes, quo dominium
 moniorum & } vel } plenum transit;
 sunt vel } alterius, hic pariter pleno jure dominium in
 sua portione nanciscitur conjux pauper.

Prior

Prior his verbis continetur: *Si matrimonium sit absque dote, conjunx autem præmoriens locuples sit; superstes vero laboret inopia; Posterior sequentibus: Præterea succedat una cum liberis &c.*

§. II.

Summam, quam suppeditat Rittershus. ad Nov. P.7. C. 17. n. 1. nimis longum foret hoc transcribere; nec in omnibus Textui respondet, liberis quoque ejusdem & diversi matrimonii dominium quartæ partis uxoris indistinctè tribuit. Et est revera hæc ipsa Authentica Novellarum, unde Textus noster petitus, summa vel argumentum, sive breviarium; ut aliam denuo apponere supervacaneum videatur. Conf. jam memorata *supr. Cap. II. §. 3.* Quod si tamen distinctius Textum enucleare lübuerit, summam eō res reddit: Cum conjunx dives in matrimonio indotato vixit, succedit ei superstes inops in quartam substantiæ cum tribus vel paucioribus; at cum pluribus liberis ejusdem matrimonii in virilem portionem jure usus fructus; è contra cum alterius in plenum dominium, imputatis imputandis.

§. III.

Casum ut specialiter nunc formemus propter evidentiā textus & præmissorum planè opus non videtur. Alii quomodo proponant, videre licet apud Richter. ad Auth. nostram, n. 5. ita: *Si tres vel pauciores sint liberi, succedit uxor indotata atque inops marito locupleti in quartam partem usus fructus; Si autem plures, in virilem: Si nulli extant, in quartam virilem plenò jure succedit.* Verum non tam casus hic esse videtur, quam summa & decisio quædam, nec per omnia antecedentibus congruit, vel textum exhaustit; Vice versa aliud in medium producit casum de successione mariti pauperis

pauperis superstitis, nullis liberis extantibus, una cum ejus ratione, Borcholt. de Grad. p. m. 255. Et sic, quia evenit, ut talis superstes inops conjux, liberis non extantibus, vel cum eorum descendantibus vel cum defuncti conjugis collateralibus concurrere possit, imò debeat, uti ex Richtero jamjam cit. f. liquet, & implicitè in textu continetur, hinc easum ità figurare licet: Caius quidam dives matrimonium indotatum contraxerat cum Cajā, inopi muliere, ac mortuus reliquerat substantiam quadringentarum librarum auri, atque tres fratum duorum Germanorum liberos: Quæritur ergo, quid juris in hac successione hereditatis quoad uxorem pauperem & hosce tres collaterales?

§. IV.

Et si rem secundū ordinariam succedendi formam Novell. scil. CXVIII. C. 3. f. & C. ult. f. junct. l. un. ff. & C. Und. V. & Ux. consideremus, dicendum videtur, solos hos tres liberos fratum duorum Germanorum, ut consanguineos, in omnia Caji, tanquam patrui sui, bona exclusâ relictâ uxore esse successuros & quidem in capita, quia soli sunt, nec cum patruo aliquo concurrunt, & sic non jure a parentibus transmissō, sed propriō vocantur; non autem in stirpes l. 2. §. 2. seqq. ff. de Suis & leg. her. §. 4. fin. l. de Legit. agnat. success. ibique B. Joh. Samuel Stryk. l. 1. §. f. ff. Si pars hered. pet. quod & confirmavit Carolus V. in Comit. Spirens. Anno Christi 1529. Inter ii verò 24. die 23. April. ibi: Wir Carl der V. Erwähnter Röm. Käyser u. ordnen und setzen also: Wann einer unterstret abstirbet / und nach Ihm kein Bruder oder Schwester/sondern einer Bruder oder Schwester Kinder in ung' eicher Zahl verlässt / daß alsdann seines Bruder und Schwester Kinder in die Häupter und nicht in die

F

Stämme

Stämme erben/und dem Verstorbenen ihres Vater oder Mutter Bruder oder Schwester dermassen zu succidiren zu gelassen werden sollen. prout hunc extractum communicat Valent. Förster, *de Success.* L. 8. C. 3. n. 3. It. Stryk. *cod. Ir. post Præfat.* De veterum JCTorum altercationibus super hac successione dictarum personarum collateralium, an in capita vel in stirpes procedat, *juxt. L. L. cit. videri possunt Hahn. ad Wiesenbec. ff. de Grad. & Aff. n. 16,* verb. *quod & in liberis duorum fratrum.* Latè item Rittershus. *ad Nov. P. 7. C. 14. n. 1.* It. C. 13. n. 13. Zafius *Tom. 6. Libr. 1. Cons. 4.* Borcholt. *de Grad. p. m. 239. seqq.* Conf. Mynsing. 3. Obs. 94. Bachov. *ad Treutl. Vol. 2. Disp. 16. Lit. B.* Richter. *de Success. S. 3. M. 1. n. 59.* Jung. Berlich. P. 3. *Concl. 24. n. 25. seqq.* Mich. Graffius *Recept. sententiar. S. Success. ab intest. Q. 30. n. 4.* qui *hanc questionem Cimmerii propè tenebris obscuriorem fuisse fatetur.* Add. Förster. *l. c. ubi utriusque opinionis patronos & rationes adducit;* Stryk. *l. c. D. 3. C. 1. §. 8. seqq.* Uxor autem, ut ad eam iterum redeamus, quia pro extranea persona habetur, succedere non potest ab intestato cum superstitionibus mariti consanguineis, quum, uti *l. un. C. Theod. Libr. 4. Tit. 21. Quor. Bonor.* & *l. 3. C. cod.* inquit: *prudentium omnia responsa & lex ipsa naturæ successores eos faciant.* Add. *l. un. C. Und. V. & Ux. l. ult. C. Theodos. de Legit. hereditat. supr. C. 1. §. 2.* Borcholt. *l. c. p. m. 251. pr.* Berlich. *l. c. Concl. 26. n. 1. seqq.* Et uno horum trium decedente hereditas cæteris accrescit ob individuitatem illius. Defunctus enim per eam vivere fingitur & præsumitur, nemo inde partim heres esse potest, partim non, licet ab intestato: quia nemo potest partim existere, partim non: *l. Si ex pluribus, 9. ff. de suis & leg. hered. l. un. §. 10. C. de Caduc. toll. l. 22. ff. de Usurpat. Dele & tantur enim mortales umbra immortalitatis in rebus etiam transitorii,* inquit Lauterbach. *Colleg.*

Colleg. Theorico-Practic. ff. de Legat. §. 62. Post hos veniunt unilaterales & remotiores collarerales. Et hos omnes in infinitum succedere, idque hodie indistinctè tam quoad Agnatos, quam Cognatos; decimumque gradum solmmodò ab Imperatore per exemplum adduci, tradunt DD. ad §. ult. I. de Success. Cognat. ibique B. Joh. Sam. Stryk. per l. 2. §. 2. ff. de suis & legit. Novell. CXVIII. C. 3. f. & C. 4. Borcholt. l.c.p.m. 250. pr. It. Förster. l.c. L. 3. C. 10. n. 1. Ut sic raro successura sit superstes conjux, cum rarissimè deficiant hāc ratione Cognati. Et quamvis ab hac succedendi forma excipi velit conjugum αλληλογνωσιαν, tanquam casum favorabilem, qui sibi, nomine consanguineorum extante, post 10. gradum succedere invicem possint, Welenbec. Not. ad Schneidew. I. Libr. 3. de Success. collateral. n. 38. it. n. 13. Rubric. de Success. inter Vir & Ux. Lit. H; Add. Neuenhahn. de Jur. ac Privil. viduit. S. 12. Lit. C. p. m. 124. vel vix ultra 10. gradum tanquam remotissimum contingere possit successionis casus, ut inquit Struv. Evolut. Exerc. 38. th. 36. aut nunquam deficere cognationem, saepius tamen eius probationem & computationem, utpote interdum difficillimam, dicamus; vid. B. Joh. Samuel Stryk. l.c. Lauterbach. Colleg. Theorico-Pract. P. 2. f. ad Novell. 118. §. 41. & præjudicium ap. Richter. de Success. S. 3. M. 4. n. ult. Conf. Disp. de Liberalitatis Imperialis Socio. hab. hic Præs. Excellentiss. Dn. Dr. Mollenbec. jam Acad. Cancell. p. 19. Tamen parum indè solatii in uxorem superstitem redundant, cum tantum omne hoc in factō consistat. Postremo uxor ex Edicto Prætoris, de-
mum admittitur. ut pr. alleg.

§. V.

Sed his omnibus non obstantibus, uxorem superstitem pauperem defuncto diviti unā cum his tribus collateralibus in censem libras auri jure dominii pro sua legitimā portione suc-
dere

F 2

dere posse textus noster implicitè decidit. Et id quidem ex paupertatis ratione primaria, *ut inopia conjugis unius per diuitias salvetur alterius*, dicit Nov. LIII. C. ult. f. Matthæus Matthæylan. de Success. n. 9. p. m. 682. Förster, eod. L. IX. C. 4. n. 2. Lauterbach. Coll. P. 2. ad Novell. CXVIII. §. 46. Si enim haberet dotem, unde se exhibere posset, candem solutio matrimonii reciperet, tanquam proprium suum patrimonium l. un. §. II. C. de R. U. A. Hahn, ad Welenb. ff. Und. Vir & Ux. n. I. Secundariò quoque propter favorem, reverentiam, æquitatem ac honorem bene peracti matrimonii. Sic enim loquitur Justinus Imper. Novell. CXL. pr. *Nihil in rebus mortalium perinde venerandum est, atque matrimonium; quippe ex quo liberis, omnisque deinceps sobolis series existat, quod regiones atque civitates frequentes reddat.* &c. vid. Nov. XXII. pr. & l. 67. §. f. ff. de Legat. 2. It. ob rationem 2. F. 58. pr. & ne in dedecus defuncti locupletis inediâ vitam suam miserabiliter transfigere cogatur superstes, ut habet Neuenhahn. de Jur. ac Priv. vid. p. m. 126. Add. Berlich. P. 3. Concl. 26. n. 14. Schneidew. ad I. Libr. 3. t. I. de Success. inter Vir & Ux. n. 14. & supr. cit. DD. Conf. Hunnius, Resolut. Jur. Civil. Libr. I. Tr. 3. Q. I. n. 9. Unius enim rei plures possunt esse causæ, & beneficia Imperatoris ex pleno fluere dicit J. Crissimus Dn. Dr. Zaunschliffer, *Antecessor apud Marburg. Excellentiss. Praeceptor meus nunquam sat colendus,* in Disput. ad Authentic. habita C. Ne fil. pro patre p. m. 145. Hoc est, quod Javolenus docet l. 3. ff. d. Consil. Pp. ibi: *Beneficium Imperatoris, quod à divinâ scilicet eius indulgentiâ proficiuntur, quam plenissimè interpretari debemus.* Hinc dicta §. anteced. huic Juris exceptioni & successioni uxoris nullam injicere poterunt remotam, & subtilitates Juris Roman. & apices, uti alias, ita & hic exulare jussisse Imperatorem, Sacraff. Ppem, credendum est; vid. §. 36. I. de Legat. §. 7. & f. I. de Fidei.

Fideicommiss. §. 3. cod. de Legit. agn./succ. §. 2. cod. de B. P. l. 11.
C. de Natural. libr. supr. Præfam.

§. VI.

Nec est, si quis objiciat, nullam mentionem in concur-
su cum collateralibus Authenticam facere, ergo uxorem in hoc
passu non esse admittendam, sed tantum cum liberis. Respon-
deo, ut §. præced. jam dictum, hoc in textu non quidem expres-
sis verbis, sed implicitè decidi, quando dicitur: *His non ex-
tantibus, potietur etiam dominio*; scil. portionis suæ, non to-
tius hereditatis; ad indicandum, cum aliis adhuc heredibus de-
bere concurrende uxorem & vice versa; alioquin potius dicen-
dum fuisset: potietur, ex Edicto Prætoris, totâ substantiâ, cum
exclusione collateralium. Nam si uxor cum liberis, pro quibus
naturæ simul & commune parentum votum militare dicitur in
l. 7. f. ff. Si tabb. testam. null. ex tab. admittitur, cur non æquè
facile cum aliis cognatis, præsertim cum collateralibus admit-
teretur, à majori ad minus argumentando? Cùm collaterales
in testamento simpliciter præteriri potuissent, uti non inele-
ganter dicitur in l. 1. f. ff. de Inoff. Testam. ibi: *Cognati enim pro-
prii, qui sunt ultra fratrem, melius facerent, si se suntibus
inanibus non vexarent, cùm obtinere spem non haberent.*
Non item uxor; quemadmodum expresse de Jure Civili eos
excludit Glossa ad Authentic. nostram Lit. E; Conf. Gail. 2.
Ob. 124. n. 3. Nullum tamen planè est dubium, quin Uxor &
collaterales hic in hereditate ab intestato concurrent; maximæ-
que id æquitati adscribit Matthæyllan. de Success. n. 19. ibique
Ludovic. Bolognin. It. Neuenhahn. de Jur. ac Priv. viduit. S. 13.
Lit. E; p. m. 128. Add. Mich. Graff. Receptar. sentent. Q. antep.
Atque hæc pro decisione casus propositi dicta sunt: plura de
his Cap. seq. ad quod mihi nunc properandum.

F 3

CAPUT

CAPUT V.

Ampliationes quasdam exhibet.

SUMMARIA.

Locum habere textum in despensatis de praesenti nubilis etatis, ubi sponsalia sunt omnibus numeris absoluta, indicat §. 1. Nec non in marito; uxori diritti injungi posse, ut alat maritum pauperem; non tamen adeo facilè casum paupertatis in marito statuendum, addit §. 2. Procedere etiam hoc beneficium, etiam si matrimonium fuerit putativum, vult §. 3. Nec interesse, divitem conjugem præmortuum esse naturaliter vel civiliter, tradit §. 4. Non solum cum descendantibus in infinitum quoad partem legalem concurrere posse uxorem pauperem; sed & cum ascendentibus & collateralibus, in quartam plenò iure, continet §. 5. In nullā ulterius, vel parvā dote, modicō legatā & aliis bonis parvis uxori aliquando obvenientibus, in modo si dos congrua interciderit, adhuc sibi vendicare locum Authenticam, docet §. 6. Ampliari constitutionem quoad dominium, si quidem tempore mortis conjugis nulli adsint liberi communes, sed & si postea defecerint, proponit §. 7. Tandem dispositiōnem hanc obtinere in eā muliere, quam quis ob charitatis opus duxerit, dicit §. ult.

§. I.

§. I.

Hactenus dicta, potissimum de *Uxore*, tanquam subjecto, non inique etiam applicant DD. despontatis de præsenti, nubilis ætatis, ubi sponsalia sunt omnibus numeris absoluta. *Fran-*
cisc. de Barry, de Success. L. 18. T. 4. n. 3. Stryk. eod. D. 4. C. 1. §. f.
Struv. Ex. 38. th. 39. ibid. Müller. Lit. (4) Mich. Graffius Sentent.
receptar. J. ab intell. Q. 38. n. 3. Rittershus. ad Nov. P. 7. C. 17.
n. 7. Gail. 2. Obs. 80. n. 3. seqq. Sponsa enim in favorabilibus, qualis utique hæc materia est, & aliis juris articulis, faltem quoad effectum, loco uxoris habetur. Sic Gloss. *ad l. 9. seq. ff. Qui not. infam. Lit. N. Sponsus de præsenti utique lugendus.* nisi ratio juris aliud suadeat. *Harpprecht. Consil. Tübing. 20.*
n. 179. Addit Valent. Förster. matrimonium contractum per verba de præsenti, licet non sit consummatum, pro perfecto tamen matrimonio haberi; ideoque nec successionem debitam denegandam. L. 9. C. 3. §. II. pr. de Succession. vid. Weigelius ad Struv. in Synopsi Jurispr. Mnemoneutice p. m. 472. Ord. 4.
§. 21. & Jure Civili sufficere consensum purum, perfectum & simplicem, ad matrimonium, quale hæc sponsalia appellantur Richter. Dec. 8. n. 4. per §. 1. I. de Patr. pot. Pr. & §. 12. I. de Nupt. C. 1. & C. Sufficiat. 2. C. Beata Maria; 3. C. Non enim defloratio virginitatis facit conjugium, sed pætatio conjugalis. 5. C. 27. Q. 2.
l. 15. ff. de Cond. & demonstr. Add. C. 3. X. de Spons. Duor. Lau-
terbach. Colleg. de Rit. Nupt. §. 7. & f. Benedictio autem Sa-
cerdotalis, quæ moribus requiritur, est tantum ceremonia Ec-
clesiastica, jure Civili & Feudali incognita. Stryk. Exam. Feud.
C. 15. Q. 37. ibique cit. Struv. quod & ipsi insuper Theologi fatentur, benedictionem sc. sacerdotalem non esse substantiale matrimonii requisitum, sed consensum, ap. Richter. de Suc-
cess. S. 1. M. 3. n. 12. seq. per Cap. 26. f. X. de Sponsal. Accedit,
matrimonium apud Protestantes non esse sacramentum, hanc-
que

que benedictionem utpote meri juris positivi a Christo & Apostolis nunquam præceptam; imo adhuc in Belgio interdum Copulationes coram Magistratu fieri testatur Stryk. *Notat. ff. tit. de. R. N. pr.* ibique cit. Pagenstecher. *Manip. 2. Sicil. 13.* Nec abs re erit sequens jungere Responsum, ex Stryk. *de Succ. D. i. C. 2.* §. 49. ab anno. 1679. Wann eure Tochter gebührend erweisen kan/ dass ihr von dem verstorbenen Tito die Ehe versprochen/ und er sie darauff geschwängert/ so ist die nach des Titi Tode zur Welt gebrachte Tochter/ quantum ad successionem pro legitima zu achten; dann ob wohl keine benedictio sacerdotalis dazu kommen/ quæ hodie ita necessaria est, ut omitti non possit; weil aber dennoch die gegenwärtige successio ex dispositione juris civilis, non vero statutarii deferit wird/ Jure civili aber ad subsistentiam matrimonii ein mehrers nicht/ als Consensus nöthig ist; so muss der partus pro legitimo geachtet/ und ad successionem zugelassen werden. Dissentit tamen quoad hanc successionem privilegiariam Schneidew. quia olim nec post consummatum matrimonium uxor successit cum liberis, vel aliis cognatis; hinc tantum sponsam admittit in successionem prætoriam, & fisco præfert L. 3. T. 1. *de Success. inter Vir & Ux. n. 18. ad I.* Richter, *ad Text. n. 21.* Conf. Disput. Inaug. De his, quæ juribus ac privilegiis Fisci perperam accensentur. hic hab. Cap. 4. §. 3. ibiq; cit. Stryk. supr. Cap. 3. §. 2. & 3. it. Cap. antec. §. 5.

§. II.

Secundo non immeritò hoc beneficium ad maritum extendunt, si modica & parva vel nulla plane adsit donatio propter nuptias, eadem enim æquitatis ratio eodem quoque casu intervenit, ut sc. capiat quadantenus solatum & afflictæ vita subsidium. arg. l. un. ff. & C. Und. *Vir & Ux. junct. text. nostr. Præterea* ibique *Glossa Lit. A; Novell. LIII. C. fin. pr.* ibi: similiter

mititer quidem in viris, similiter autem in mulieribus, & §. 2.
 f. Gothofred. Lit. I. Struv. Evol. Ex. 38. th. 39. Q. i. Müller. ad
 Struv. ea. Lit. (y) Schneidew. ad J. Libr. 3. T. i. de success. inter
 Vir & Ux. n. 17. Successio enim regulariter reciproca esse debet,
 cum correlata æqualiter judicentur, & quæ de uno inveniuntur,
 eadem etiam de altero disposita intelligentur. lf. C. de Indit. Vid.
 toll. l. 10. §. 1. ff. Solut. matrim. Vir & Uxor judicantur ad pa-
 ria, inquit Zafius n. 11. ibidem. Consentiant communiter DD.
 Richter. ad Authentic. noſtr. n. 6. Hahn. Grassus. Berl. Gail. 2.
 Obs. 98. nec sat idoneam diversitatis rationem hic dari posse
 tradit Bachov. ad Treutl. Vol. 2. Disp. 16. Lit. D; verb. *imo vice*
versa. Conf. Brunnemann. ad noſtr. text. Dissentient Francis-
 cus de Barry. de Succ. L. 18. T. 4. f. cum Cujacio ad Novell. LIII.
 C. f. ob verba finalia Novell. CXVII. C. 5. & Rittershus. ad Nov.
 P. 7. C. 7. n. 9. Sed distinguendam esse quartam hanc paupertati-
 tis à quarta divortii, & ab hac exclusum maritum, sc. si in-
 justum fuerit divortium, non ab illa, verba finalia satis arguunt,
 si bene inspiciantur, atque ita non corrigitur Novell. LIII. C. f.
 juxt. Cujac. d.l. vid. potius Novell. XXII. C. 18. DD. cit. Et, si uxori
 diviti virum inopem alendi necessitas imponi potest, ut præjudi-
 cito confirmat Neuenhahn. de Fur. ac Priv. Viduit. S. 15. Lit.
 A; p. m. 132. de anno 1618. Mens. Jun. a Scabinat. Jenens. ex-
 pressis etiam verbis dicitur in l. 29. f. C. de Fur. dot. ibi: *Ita ta-*
mam, ut eadem mulier nullam habeat licentiam res suas alie-
nandi vivente marito, & matrimonio inter eos constituto: sed
fructibus earum ad sustentationem, tam sui, quam mariti,
filiorumque, si quos habet, abutatur. ibique Gothofred. Lit.
 F; cur ab æquitate alienum judicant, maritum post mortem
 conjugis divitis partem capere posse, in solatium? Nec obest,
 quod in contrarium affecti dentur, quibus vita conjugis suppli-
 cium, mors vero solatium sit &c. apud Neuenhahn. l.c. S. 1.

G

M. 2.

M.2. Lit. A; p.m.30. Interim tamen honestius esse, atque ad retinendum imperium maritale in uxorem & familiam accommodatus, si vir locuples uxorem duceret pauperem, quam contra, monet Rittershus. antea cit. n. 10. Nec tam facile casus paupertatis in viro statuendus, quam quidem iruxore; ad illum enim potissimum modi acquirendi spectant; & citius suæ necessitati consulere, & quæ ad rem familiarem pertinent, procurare posse presumuntur. arg. l.2 de R. J. supr. C. 3. voce *inopia*.

§. III.

Ampliatur 3. Authentica, etiamsi matrimonium fuerit putativum. Schneidew. ad I. Libr. 3. T. 1. de Succ. inter V. & Ux. n. 22. f. Lauterbach. Colleg. tit. de R. N. §. 6. Germanis, *cine Schein-Ehe* / & Zasio dicitur tale matrimonium quasi homo pictus, ad §. 29. n. 13. J. de Action. Hoc enim matrimonium bona fide contractum tamdiu gaudebit effectu veri & legitimi matrimonii, quandiu de errore ejus & impedimento conjugibus non constitut, cum bona fides tantundem possidenti praestet, quantum veritas, quotiens lex impedimento non est. l. 136. de R. J. Si modo, comperto errore, fine ulla procrastinatione ab invicem diligenterint l. 4. med. C. de Incessu nupt. Interdum quoque nec Princeps tale matrimonium dirimere solet, ne publicè scandalum detur & acceptetur; vel toleratur saltem; maxime si dispensatio locum habere possit: vel aliam ob causam, & tragicos inde orientes eventus. Vid. l. 57. §. 1. ff. de R. N. ubi exemplum & descriptionem prædicti matrimonii videre est. Etsi porrò alteruter conjugum impedimentum seiat, liberi tamen inde nati sunt legitimi, C. 14. X. *Qui filii sint leg.* Francisc. de Barry de Succession. L. 18. T. 4. num. 6. Idem erit in nepotibus. Stryk. eod. D. 1. C. 2. §. 51. Schütz. in Compend. p. m. 14. f. Conf. Dissert. de Matrimonio Putativo. hab. hic 1690. dirigent. B. Cancell. Hert. §. 4. 16. seq. 31. It. 29.

§. IV.

§. IV.

Ampliatur 4. hæc successio, ut locum habeat, non solum si maritus naturaliter, sed & si civiliter moriatur. Hinc si quis in Insulam deportatur, seu, moribus hodiernis, est proscriptus à Camera vel Imperatore; vel si quis relegatur in perpetuum cum fustigatione, eaque propter bona auferuntur & confiscantur l. 8. C. de Pæn. l. 4. ff. de Interd. & releg. Wesenb. Paratitl. D. eod. n. 4. Joh. Herm. Stamm. de Servit. person. Libr. 1. Tit. 3. Cap. 1. n. 2. 21. seq. Cap. 2. n. 11. ibi: Es werden die/ so um ihres begangenen Ungehorsams willen/vom Kaiserl. Cammer-Gericht in des Heil. Reichs Acht erklärt / weniger nicht/ als offene Friedbrecher aus dem Frieden in Uffrieden gesetzt/ und ihre Leib/ Haab und Güter dem Kläger und allermänniglichen erlaubt. prout sic judicatum in Camerâ refert 1616. Add. Andr. Gail, de Pac. publ. Libr. 2. Obs. 9. n. 10. B. Joh. Sam. Stryk. ad §. 2. I. de Cap. demin. nihil tamen secius conjux superstes pauper Fisco præfertur quoad portionem suam legalem. Auth. Bona damnator. C. de Bon. proscript. Item Novell. CXXXIV. C. f. ibi: Si verò sine dote talibus personis conjunctæ fuerint: à legibus definitam partem de totâ substantiâ condemnati eas accipere: Förster. de Succ. L. 9. C. ult. n. 3. Grass. Receptar. sentent. Q. ult. Berlich. P. 3. Concl. 26. n. 21. Lauterbach. Colleg. ff. de Bon. dannat. §. 6. Struv. Ex. 38. th. 39. Gail. 2. Obs. 86. n. 14. ubi præjudicium Cameræ affert. Conf. Richter. Decis. 57. n. 5. Nec hic uxor maritum relegatum sequi tenetur, tanquam ejusdem fortuna particeps; Judex enim pro ratione circumstantiarum non semper uxorem ad sequelam condemnare potest, prout ex Responso Consistorii Jenetis Senatui Salsfeldens. 1618. dato liquet: Dass der gefangene Valentin Geishmann wegen seiner übermächtigen übeln Tractirung seines Weibs/ auch Gottslästerun-

gen und bösen Lebens / billich des Landes ewig zu verweisen / und ist ihm sein Ehemahl zu folgen nicht schuldig. V.
 R. W. Hæc quoque relegatio non est simplex, sed qualificata, cum infamia scilicet in perpetuum conjuncta. Uxor tamen Fisco non præfertur, si ob crimen perduellis bona ei deferuntur, quamvis hoc casu etiam naturaliter maritus moriatur, ob cit. Novell. CXXXIV. exindeque sumtam Authent. Bona damnator. C. de Bon. proscriptor. f. Idem repetit Carol. V. Conf. Crim. art. 219. Conf. Förster. l. c. n. 4. & Berlich. n. 22. Quomodo extra crimen perduellionis & læsæ Majest. Divina bona confiscari possint & mors civilis inferri, videri possunt Brunneman. ad cit. Auth. Lauterbach. l. c. Hahn. ad Wezenber. eod. n. 6. Rittershus. ad Novell. P. 13. C. 4. n. 9.

§. V.

Ampliatur 5. Textus noster, ut non solum cum liberis primi sed & secundi & ulteriorum graduum, immo in infinitum concurrere uxor possit; ita ut cum pluribus ex filio, quem unicum defunctus maritus habuit, nepotibus in virilem admittatur partem, hi enim proprio jure succedunt; ratione autem qualitatis objecti eodem plane modo observato ac in primi gradus liberis. Förster. l. c. L. 9. C. 4. n. 5. Berl. P. 3. Concl. 26. n. 16. Bachov. ad Tzreutl. Vol. 1. D. 13. th. 13. Stryk. de Success. D. 4. C. 1. §. 38. seqq. Add. Neuenhahn. l. c. S. 13. Lit. E; p. m. 128. med. per ea, quæ jam supra diximus. Porro, quod maximè hoc spectat, cum ascendentibus, quippe quorum tristis dicitur successio §. 2. I. de SCto Tertull. l. 15. pr. ff. de Inoff. Testam. Conf. Num. Cap. 27. v. 8. ac, his non extantibus, cum cæteris heredibus collateralibus succedenti semper quartam plenò iure communis DD. sententia tribuit, juxta Brunneman. ad Authent. C. Und. Vir & Ux. Graff. l. c. §. Succ. Q. 41. Add. Rittershus. ad Nov. P. 7. C. 17. n. 12. Bartol. Cynus & Gloss. Lit. E;

ad

ad text. Nam textus & *Novell. CXVII.* hoc non determina-
runt, manet ergo sub dispositione juris *Novell. LIII.* contenti,
juxta l. 27. C. de *Testam.* ad instar illius, quod diximus supr. C. 3.
§. f. Favor etiam, qui in liberis obtinuit, cessat in Collateralibus,
*arg. Novell. LIII. C. f. ibi: non erit iustum gravare filios, per
successionem.* In illis enim LL. adeo exactam aequalitatem non
desiderant, nec *d. Novella*, nec *LXXIV.* mentionem eorum
facere deprehenduntur. *Conf. Rittershuf. cit. n. 2.* Add. Rich-
ter. *ad text. n. 28.* Struv. *Exerc. 38. th. 39.* Hahn. *ad Wesenb. ff.*
Und. Vir & Ux. n. 2. f. Lauterbach. *ad ff. & Novell. II. 18. §. 48.*
nec non Barry. *de Success. L. 18. T. 4. n. 11.* Brunnem. *in Repet.
Paratitl. Wesenb. h. t.* Dissentit tamen Stryk. *l. c. D. 4. §. 40.*
seq. & quartam vel portionem virilem in concursu Collatera-
lium paucorum vel plurium tribus superstite conjugi attri-
buendam existimat, jure licet proprietatis. Vid. *Peregrin. Vol.
4. Conf. 3. n. 13.* & Förster. *l. c. Cap. II. per tot.* qui uniuscujusque
judicio id decidendum committit, *in fin. unà cum Berlichio
P. 3. Concl. 26. n. 30.*

§. VI.

Similiter 6. procedit ampliatio, non solum, si nulla dos,
vel parva, vel legatum modicum ab extraneo relictum, ad-
fuerit; ob eandem rationem. Parùm enim & nihil aequiparat
Glossa in l. ult. C. ad L. Fab. de Plag. dicens: *a què interesse,*
nullum habere maritum, vel inutilem. Vid. Brunnem. *ad
nostr. Authent.* per superius tradita *Cap. III. §. IV. & VII.* It.
ne absurdum consequatur, quòd dotata in uno aureo repella-
tur, quæ non repellitur per modicum legatum à viro reli-
ctum, Schneidew. *ad I. Libr. 3. T. 1. de Succ.* inter *Vir & Ux. n. 17.*
Förster. *sæpe cit. L. 9. C. 4. n. 7. & f.* Sed & præcipue successio-
nem DDres ad eum casum extendunt, si dos quidem ab initio
data sit, verùm ex post facto intercederit, si fortè res alienæ in

G 3 dotem

dotem datae & evictae, vel per actionem Paulianam sint revo-
catae, l.6. §. 1. ff. de Jur. dot. t. t. ff. pro dot. l. f. §. 1. ff. Quæ in
fraud. Cred. Lauterb. ad ff. cod. §. 25. vel etiam dos calu for-
tuito interierit; & sufficit tempore mortis, ubi demum inopia
vel bona apparent, nullam adesse. Förster l.c. C. 14. per tot.
Struv. Ex. 38. th. 39.

§. VII.

Ampliatur 7. hoc beneficium, quoad objecti qualitatem,
ut nanciscatur uxor dominium in parte suâ legitimâ, liberis
communibus non solùm tempore mortis patris, vel adeundæ
hereditatis deficientibus, idque tam in vitâ constitutis abstinen-
tibus vel repudiantibus & renunciantibus, arg. quod dicit Förster.
l.c. L. 9. C. 12. Berlich. P. 3. Concl. 26. n. 32. quâm mortuis na-
turaliter vel civiliter, ut justè exhereditatis, hi enim pro mortuis
habentur l. 1. §. 5. ff. de Conjung. cum emancip. lib. Gail. 2. Obs.
122. f. Sed & post mortem patris liberis ejusdem matrimonii
deficientibus plenum dominium DDres uxori adscribunt & ad
non causam jus conservandi proprietatem redigunt, ut Neuen-
hahn. l. c. S. 13. Lit. E; Struv. Ex. 38. th. 39. Richter. ad text.
n. 28. Rittershuf. ad Novell. P. 7. C. 17. n. 17. ibique cit. imprimis
Andr. Fachinæus, Lib. 10. Controv. 72. per tot. statuens, uxorem,
simul ac succedat, habere à principio dominium plenum, re-
vocabile tamen vel conditionale, quia textus dicat, ut tamen
ejusdem matrimonii liberis proprietatem servet; neminem
verò posse servare, quod non habeat; & verba seqq. his non
extantibus, esse absolutè intelligenda, quandocunque scil. non
extent, ut mulier dominiō tunc potiatur. Urget porro, tex-
tum unâ cum liberis communibus uxorem admittere in quar-
tam vel virilem portionem cum onere conservandi; quod si
ergo illi non extent, ab onere hoc eam esse immunem. Insuper
Imperatorem in Nov. CXVII. C. 5. notanter dicere, uxorem ha-
bere

bere quartam partem substantie viri unà cum filiis; post dein de illum jubere, dominium filiis servari ex ipsis nuptiis procreatis; huc usque Fachin. Et hisce refutatur Marci Antonii Nattæ Confilium 605. in jure dominii filiis quæsitō se fundantis. Et matri præ ceteris cognatis prospicere voluisse Imperatorem, quoisque favor liberorum non obstat, fatendum est. Nov. LIII. C. f. Accedit & hic, uxorem per d. Nov. antea semper habuif se plenum dominium, *supr. C. 3. §. 14.*

§. VIII.

Tandem 8. & ultimò hanc dispositionem ad publicam mulierem extendunt, quana quis, opus charitatis exercendi gratiā in remissionem peccatorum, ex luponari in uxorem duxit, & ab erroris semita revocavit, qualis vitiō purgatō, si scil. ad meliorem frugem redierit, non amplius pro infami fœminā erit habenda, C. 20. X. de Sponsal. C. ult. C. 32. Q. 1. Hos eas enim Propheta meretricem duxisse legitur & laudibus ea propter extollitur, quod eam ad pudicitiam converterit, Cap. 1. & 3. & non pollutus ex mala fecerit bonam. Vid. l. 22. C. de Nupt. ibique Brunneman. l. 23. §. 7. eod. Lauterbach. Colleg. de R. N. §. 72. n. 5. Nec obstat Paroem. 6. Disput. inscriptæ: Satura paroemiarum Juris Germanicarum nova; habit. hic sub B. Cancell. Hert, ibi: Wer eine Hure nimmt / ist entweder ein Schelch / oder will einer werden. Nam proverbia vulgi non semper sunt veriverbia: & vanæ voces populi non sunt audiendæ, ut loquitur l. 12. C. de Paen, ibique Gothofr. variabile & mobile semper est vulgus, Actor. Cap. 14. v. II. It. Cap. 19. sicut Idem quoque in Satura prima Paroem. I. Juristen/ böse Christen; variè limitat, nec ita eam crudè accipiendo docet. Et de his, qua talibus, exaudiendum putamus, quod scribit Fridericus III. Imperat. in Reform. de Anno 1441. hunc in modum: Dass alle DDres der Rechten / im Heil. Röm.

Röm. Reich Teutscher Nation, am Cammer-Gericht / bey
keinen Rechten/ und in keines Fürsten/ oder andern Räthen
mehr gelitten/ sondern ganz abgethan werden sollen; weil
ihnen das Recht mehr / dann denen Läyen verschlossen ist /
und kan ihrer keiner den Schlüssel darzu finden/ bis beyde
Theile arm werden / oder verdorben sind ; sie sind Stieff-
Vätter / und nicht die rechte Erben der Rechten / dann sie
nehmen ihnen den Grund der Werheit/ und bringen durch
ihren unordentlichen Geiz das Recht zu einem solchen Un-
glauben / daß kein Frommer sein Vertrauen mehr darinn
sehen kan. ut communicat Hyppolit. à Lap. de Rat. Stat. in
Præsat.



CAPUT VI.

Effectum, Contraria & Affinia exhibit.

SVMMARIA.

Requisita singularis hujus beneficij paucis examinat §. 1.
Remedia ad id consequendum suppeditat §. 2. Cessare
illud in muliere, quæ luxuriosè & culposè dotem per-
diderit, vult §. 3. Nec non in criminе læse Maj. Di-
vin. §. 4. It. ob divorcium totale & partiale, §. 5. Af-
finia quedam adjicit §. 6.

§. I. Ut

§. I.

UT s̄epe dicta successio ex Authentic. textū effectum & finem sortiatur, tria Imperator requirit, matrimonium nempe absque dote; nam si superstes dotem congruam haberet, eandem Jure civili solutō matrimonio recipere, t.t. ff. Solut. matrim. Borcholt. de Grad. p. m. 154. med. de matrimonio autem indotato actum supra. Cūm verò non omnis indotata statim quoque inops existat, nec omnis dotata dives, ut ex Struv. infr. b. §. & Nov. LIII. elucescit; ideo deinde Justinianus inopiam, utpote causam successionis & rationem pr̄supponit. Paupertas enim s̄epe bona mentis soror, inquit, ex Petron. Arbitr̄, pura Latinitatis impurō Autore, Barry aliquoties cit. n. II. scitè quoque Imp. in l. 7. C. de Incest. & Inutil. Nupt. cui jung. illud: Armut ist keine Schande noch Unehr. B. Cancell. Hert. Disput. nova Paroem. Jur. Germ. p. 37. Interim tamen laus paupertatis suam quoque patitur aliquando eclipsin; dantur enim pauperes temerarii, noxii, & omnibus rectiora suadentibus asperi, ut patet ex Speidel. voce: Armi. Denique pr̄moriens ante omnia locuples fuisse debet, quod requisitum est tanquam causa sine quā non, & fundamentum hujus beneficii. Inanis enim est actio, quam debitoris inopia excludit, l. 6. ff. de Dol. mal. Richter. Decis. 70. n. 65. p. m. 33. ibi: Indem auch die Obrigkeiten die verarmten Unterthänen mit Abforderung der Contribution, so viel möglich zu bedenken wissen werden; & non entis nulla sunt accidentia, arg. l. 4. §. I. de Act. ent. juxta πολυθεόλαντος:

Wo nichts ist zu heben und zu bohren!

Da hat der Kaiser sein Recht verloren.

In simili B. Cancell. Hert. Satura secund. Paroem. 3. Alii hæc duo posteriora requisita pro uno reputant. Succedit autem

H superstes

superstes conjux pauper non jure Prætorio, sed civili, *arg. §. 6.*
I. de J. N. G. & C. supra C. 3. §. 8. f. unde & actio ad 30. ann. in-
tentari potest. l. 3. C. de Præscript. 30. l. 40. ann. Berlich. P. 3.
Concl. 26. n. f. non tamen ut hæres, sed ex singulari legis bene-
ficiō. Hinc quoque nec jure accrescendi gaudet, nec creditori-
bis respondere tenetur, ut contra Berlich. P. 3. Concl. 26. n. 32.
& Förster. de Succ. L. 9. Cap. 12. recte statuit Stryk. eod. D. 4. C. 1.
§. 26. & 28. Non obt. Novell. LIII. C. ult. Præterea hoc casu
superstes bona sua, quæ fortè habet, exigua conferre tenetur,
Grass. l. c. §. ab Intell. Q. 39. n. 4. Struv. Ex. 38. tb. 40. f. ibi:
Ob wohl nach Kaiserl. beschriebenen Rechten eine Wittbej-
so ihrem verstorbenen Man̄ kein dotem zu gebracht/aus des-
sen Verlassenschaft/wann sie selber ziemlichen Vermögens/
also/das an ihrem nothdürftigen Unterhalt kein Mangel/
einen Theil zu fordern nicht berechtigt; dennoch aber/wo-
fern obgedachter Sej̄a paraphernalia geringe sind/dass sie das-
von ihren Unterhalt nicht haben mag/so wird ihr zwar der
vierde Theil nicht unbillig gefolget/ es ist aber auff sol-
chen Fall dieselbe ihre paraphernalia, Schmuck und kostliche
Kleider in gemeine Theilung zu conferire und einzuwerfen/
pflichtig. V. R. W. Add. Matth. Matthæsyllan. de Succ.
n. 26. f. qui pariter authentic. Bononia in hæreditate cujusdam
usurarii practicari vidisse testatur. supr. C. 3. §. p. & ult.

§. II.

Remedia potiora ad hanc portionem legalem conse-
quendam sunt sequentia: Primo superstiti Conjugi pauperi
pro qualitate partis suæ non iniquè suppeditabitur Rei vindicatio;
juxta §. 7. C. præced. Potissimum autem II. Actionem
personalem, Conditionem scil. ex Lege hac, instituet adver-
sus heredes, *arg. l. un. ff. de Condit. ex Leg. etiam si hæc por-*
tio legalis per ultimam voluntatem sit alienata, Schneidew.

ad

ad I. Libr. 3. de Success. inter Vir. & Ux. n. 17. f. Matth. Matthæsyll. eod. art. principal. 4. n. 12. & 15. Ut & III. si per actum inter viuos alienatio bonorum in fraudem legitimæ hujus portionis affectu & effectu sit facta, vel titulō lucrativō quid ad alterum pervenerit; in quantum distractum de parte competente Actio Pauliana s. revocatoria dabitur. l. 15. & 17. §. 1. arg. l. 10. §. 1. ff. Quæ in fraud. credit. ob æquitatem, etiam adversus Fiscum, hancq; actionem esse in rem scriptam statuunt nonnulli DD. ideoque dari adversus quoscunque possessores. Hahn. ad Wesenb. ff. Und. Vir & Ux. n. 3. Struv. Ex. 38. th. 39. ibique Müller. Lit. (n) Weigel. ad cunct. tit. ff. de SCto Tert. §. 21. Berl. P. 3. Concl. 26. n. 21. Gail. 2. Obs. 86. n. 4. Vid. Lauterb. Coll. ff. Quæ in fraud. cred. §. 5. Stryk. de Aet. For. Inv. S. 2. M. 5. §. 14. Quod enim prohibitum in terminis, prohibitum quoque censetur in viâ. Conf. Först. l. c. L. 9. C. 5. seq. supr. C. 3. §. 15. Nec non IV. si maritus aliquid minus legitimā ab intestato debitā per ultimam voluntatem reliquit, experietur superestes uxori inops condicione s. actione suppletoria, arg. l. 30. & 36. C. de Inoff. testam. ibique Brunneman. Oldendorp. Clasf. 5. aet. 3. Rittershus. ad Nov. P. 7. C. 17. n. 15. Müller. ad Struv. l. c. Lit. (i) Conr. Lagi. Tradit. Meth. Jur. Part. 2. Cap. 59. n. 44. Add. Nov. LIII. C. f. ibique Gothofr. Lit. H; Et sic V. si nihil penitus pauperi in ultimō elogio sit relictum, & totum patrimonium exhaustum, utiliter quoque sibi consulere posse superstitem putamus per querelam inofficiosi, utpote quæ omnibus competit in subsidium, quibus debetur legitima, arg. §. 1. ibique Hopp. Exam. §. 2. & §. ult. I. de Inoff. Testam. Schüz. Lauterb. p. 110. pr. ne dicamus, quod de nullitate agere queat, si scil. sit planè præterita; Conf. Stryk. l. c. M. 3. §. 19. seq. Imò VI. jure retentionis uxor talis utetur, si sit in possessione, cum iura facilius dent retentionem, utpote favorabiliorem,

quām actionem, arg. l. un. C. Etiam ob chirograph. pecun. Lauterbach, Colleg. de Pign. & hypoth. §. ult. Rittershus. l.c. n. 16. Gail. 2. Obs. 92. n. 13. Ulterius VII. si legatum uxori in hanc portionem imputandum sit, persequetur etiam id actione hypothecariā, arg. §. 2. f. I. de Legat. absque tamen Falcidiæ detractione, quia est locō alimentorum relictum, Brunnem. ad. l. 36. C. de hered. instit. Alias tantum privilegium personale ipsi pro alimentis simpliciter debitis tribuit Berlich. P. 1. Concl. 67. n. 12. Cūm hypotheca tacita iis alimentis concedi videatur, quæ, intuitu dotis data, si fortè per discordiam secesserint conjuges, præstari debent. Idem l.c. Concl. 70. n. 6. seqq. Exinde fluit VIII. prono quasi alveo interdictum utile Salvia-num, quod & aliis creditoribus, quām locatoribus prædii rustici vel urbani, applicant DD. arg. l. 1. C. de Precar. Stryk. l.c. M. 5. §. 10. Usum quoque ejus præjudiciō Cameræ Imperialis de anno 1703. die 26. Octobr. probat Lauterb. in Colleg. ff. §. ult. b. t. Ultimò non inconvenienter & summariter per implorationem Nobiliss. Judicis officii uxorem procedere posse existimamus, utpote quæ in causis alimentorum, salariorum, stipendiorum, tributorum, pauperum &c. competit, Stryk. Intr. ad Pr. Cap. I. §. 13. Conf. Dn. Pagenstecher. ad Schüz. Comp. Manip. I. Sicilim. 13. seq. Lauterbach. ad ff. de Var. & extraord. cogn. §. I. Portio enim hac legali locō alimentorum uxori concessa censetur, & maritus uxorem indotatam, si eam nullā dote promissā duxerit, alere & maritali affectione prosequi tenetur; sibi enim imputare debet, quod indotatam duxerit. &c. ut in terminis Gail. 2. Obs. 87. n. 1. med.

§. III.

Restat paucis casus, quibus hoc beneficium cesseret, propo-nere; & primò dicta C. anteced. §. 6. non procedunt, quando mulier dotem congruam quidem habuit, sed culpā suā eam perdi-

perdidit; utputa, quæ bachata est, luxuriosè, penè dixerim dolosè, prodigaliter ac parùm pudicè vixit, & sic inopiam affectatam allegare non poterit. *Damnum enim, quod quis suā culpā sentit, sentire non videtur*, dicit l. 203. de Reg. Jur. Et non aliter, quām in detrimentum liberorum hoc fecisse præsumi potest. Notum autem est, beneficia deceptis, non decipientibus dari; magna insuper culpa dolus est. Et quemadmodum, si superstes dives mox à morte mariti bonis labatur, siquidem citra suam culpam, jus petendi quartam amisiit (quamvis ex æquitate alendam scribat Dn. Stryk. de Succ. D. 4. C. 1. §. 24. & Barry) ità nec ratio dari potest, quare ante mortem mariti culposè viventi uxori emolumentum hoc auferri non possit. Alioquin & illi mulieri hoc lucrum extorquendum censem, quæ vivò maritò legatum extranei repudiat, eum tamen non alienet, sicut hæc mulier, de quâ loquimur, l. 6. pr. ff. *Quæ in fraud. credit, ibique Brunnem. supr. C. 3. §. 16. circ. f.*

§. IV.

Cessat II. in crimen læsæ Majestatis Divinæ i.e. Blasphemiarum; Novell. LXXVII. §. 1. ibi: *Si enim contra homines facta blasphemia impunita non relinquntur; multò magis, qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere. Propter talia enim delicta & famæ & terra motus & pestilentia sunt. Indignostales semetipos faciunt Dei misericordiâ. Conf. Cult. X. de Maled. ejusdem fere tenoris, P. H. Ord. art. 106.* Deum autem posse blasphemari *immediatè*, idque ei aliquid indecens tribuendo, vel ejus Essentia detrahendo, quod ei maximè convenit, vel *mediatè*, de quib. vid. Lauterbach. in Colleg. tit. ff. ad Leg. Jul. Maj. §. 33. Poenam huic criminis Jur. Divin. constitutam scil. lapidationem continet Levit. Cap. 24. v. 16. Etsic, quia hoc majus est crimen, si non majorem, saltem eandem merebitur poenam, ut supra de crimine perduellionis diximus,

H 3

C. ante-

C. anteced. §. 4. circ. f. ibi: P. H. Ord. cit. art. 219. Weib und Kinder an den Bettelstab. Blasphemia affine est crimen haeresis, ideoque eidem poena, scil. publicationi bonorum & privationi omnium privilegiorum subjacet, arg. l. i. & Authentic. Item privilegium dotis, ibi: Et omnia mulieribus à lege data, clauduntur his, qua Catholicam non participant communionem, ex Novell. CIX. Add. l. 4. §. 1. seq. C. de Heret. & Manich. & Samarit. Quibus verbis satis clarè uxor in textu nostro excluditur; cum longè sit gravius, aeternam, quam temporalem laedere Majestatem, ut loquitur lex canonisata C. 10. X. de Heret. ex Authentic. Gazaros. C. d. t. quæ desumpt. ex Const. Frider. II. Imp. §. 5. Coll. 10. Rittershus. l. c. P. 13. C. 4. n. p. Sic porrò Auth. hæc publicè notat hæreticos, ut Patarenos, Leonistas, Separistas, Arnoldistas, Circumcisos, it. Euchitas, s. Enthousiasmas, Chiliafas, Audianos, Apollinarianos, Saccophoros, Paulianos &c. prout integrum Catalogum exhibit l. 5. juxta l. 2. §. 1. C. eod. Processum eorum videfis C. ult. d. Heretic. & seq. Tit. de Schismat. in 6. Qui autem tales hodie sint, non omnium Protestantium eadem est mens, uti nec, an hæresis sit crimen. Conf. Cap. 3. v. 10. ad Tit. It. A. C. 20. v. 30. Amel. de Caus. conscient. L. 4. C. 4. §. 1. Schilter. Inst. Jur. Can. L. 1. T. 3. §. 6. ibi Scholion. It. L. 2. T. 4. §. 4. Sed annon illis annumerandi veniant vulgo ita dicti Pietistæ s. Pietatistæ, ob virium ingenii tenuitatem nos referimus ad Illustrem Autorem Delin. Jur. Cameral, ubi ab hæresibus pravitate expresse excipit eos, qui à pietatis studiō nomen accepere; nomen enim Pietismi, qui profiteatur, adhuc fuisse neminem; rei ipsius definitionem nondum fuisse datam, in quam omnes consentiant; & onerare homines innocentes vel Theologos, publicè approbatos, sectæ hæretica titulō, justitiam charitatemque non pati; ideoque denegatos fuisse adhuc dum Fiscalij Cæsareo processus, scribit Seßl. I. §. 7. de Caus. Fiscal.

p. m.

p. m. 20. Vid. etiam §. 5. Judicium de his Theologicum si quis desideret, audeat Dissertationem : De Aurum Prurigine, habit. hic nuper in Memor. secul. Jubilei secundi Reform. Evang. à Magnif. Dn. Rectore Liebknecht, SS. Theol. D. ac Mathem. Prof. Excellentiss. Preceptor. ad aras devener. §. inter alios, 22, 26. seq. Haec tenus ergo nec sic uxorem talis hominis ab hoc beneficio excludi posse existimamus. Omissis aliis speciebus laevis Majest. Divin. Apostasiā, Perjurio &c. Vid. Lauterb. Colleg. ad Leg. Jul. Maj. §. 37. ibique cit. B. Luther. Tom. 2. Jenens. fol. 180. & T. 4. F. 408.

§. V.

Hoc beneficium III. limitatur, ubi divortium factum fuerit, Matrimonii enim consensum & cohabitationem usque ad mortem requiri, jam supra C. 3. §. 1. diximus; siquidem intuitu favoris matrimonialis primitus hoc beneficium indultum est. Ubicunque autem est divortium, ibi non est matrimonium, ideoque nec successio; sive divortium sit totale, ubi utrinque, vel saltem à parte nocente, non succeditur, Novell. XXII. C. 18. sive partiale, ut est separatio, quæ est divortium tantum à toro & mensa sine vinculi dissolutione, Germ. Ehescheidung zu Tisch und Bett; Nec tamen hic nocens succedit, sed illi ceteris paribus succeditur. arg. §. 4. I. de Societ. l. un. f. Und. Vir & Ux. Hodie autem justæ divortii causæ regulariter censentur, Adulterium & Malitiosa desertio, per vulgata; nec non pertinax, constans & perpetua debiti conjugalis denegatio pro specie malitiosæ desertionis ponitur, Tiraquell. Leg. connub. gloss. 6. num. 20. Nec obest, saltem quoad effectum succedendi, judicium sit desuper susceptum vel non. Vid. omnino Lauterbach. tit. ff. de Divort. & repud. §. 2. seq. 7. & 20. Brunnem. ad Wesenbec. Paratitl. ff. Und. Vir & Ux. Stryk. de Succession. D. 4. §. 10. ubi §. seq. præjudicium affert. It. D. 12. C. 4. §. 22. ibique

ibique cit. Förster. & Graß. Dico regulariter, quoniam & alia
 prægnantes causæ matrimonium solvunt, inter quas non im-
 merito refertur membra alicujus notabilis mutilatio, siquidem
 ex causâ famosâ eveniat. Prout hoc & cætera præter LL. & au-
 toritates aliorum, uti animus erat, quâm optimè illustrata
 & decisa reperiuntur sequenti ab Inclytis, Theologicâ pariter
 atque Juridicâ, hujus Illustr. Academ. Facultatibus Responsô
 datô 1716. Mens. April. quod Excellentiss. Praes mihi benevolè
 communicavit, cujus potiora momenta hæc sunt; quibus o-
 stensis superstructa jura de Successione sponte suâ se manifesta-
 bunt: Obwohl nicht ohne ist/ daß/ vermbg derer in Consistoriis Evan-
 gelicis recipirten/ auch Christi/ Matthiay. v. 9. und Patili Apostoli, i. Cor.
 7. v. 15. Lehre conformen Praxi, (1.) nur iwey cause divorci, nemlich
 adulterium & malicioſa desertio, zu gestanden werden / deren aber keine
 in casu præsente vorhanden zu seyn scheinet/ indem/ quoad prius, dieser
 halb das geringste nicht moviret / quoad posterius aber der deserirende
 Ehemann sowol voriges mahl/ als auch bey der letzten desertion sich zeitig
 wieder eingefunden / und die reconciliation, ex voto & desiderio conti-
 nuandi matrimonii gesuchet; so dann (2.) infamia mariti ad divorciun
 so schlechter dinges keine sufficienre Ursache ist/ da auch propter furtum
 und dergleichen/ oder noch wohl schwerere delicta das vinculum conmu-
 biale nicht dissolvit wird/massen dann (3.) supervenientes conjugum ca-
 lamitates ad divorciun keine Ursach geben/ sondern die Eheleute in Freud
 und Leyd mit einander aushalten müssen; zudem (4.) noch wohl fame
 restitutio durch Schwingung der Fahne / oder durch andre Mittel zu
 erhalten. Jedennoch (1.) eine Christliche Obrigkeit/ gleichwohl in allen
 andern Dingen/ also auch in dergleichen Sache/ sowol ihr eigen/ als der
 Partheyen Gewissen/ in ihren Rechts-Sprüchen wohl zu bedenken hat/
 welches dann und wie es diffals geschehen könne/nicht abzusehen ist/vann
 entweder diese bischerige Eheleute zu Continuierung der Ehe angehalten/oder
 per ultraiore à toro & mensa separationem in vinculo gelassen werden
 solten; in reißlicher Erregung/ daß/ ratione prioris hiedurch übel nur
 immer ärger werden/ und die cohabitatio ex parte uxoris wohl nimmer
 mehr zu hoffen seyn dürfet/ solcher gestalt aber am Ende/ propter debiti
 conjugia

conjugalis denegationem, es dennoch auff die Ehscheidung ankommen würde; da es jedoch besser ist/in tempore providere, quam post vulneratam causam remedium querere; ratione posterioris aber/ und / dafsern beyde Theile in vinculo beharren solten / die Frau / in betracht / daß sie noch ein junges Weib von 30. Jahren / die ihre incontinentiam frey beskennet / bey solchem Zustande leicht in grosse Sünden fallen könnte / welches zu evitiren einer Christlichen Obrigkeit Gewissens und Verantwortungs halber allerdings oblieget. Wobey dann weniger nicht (2.) verhünftig zu erwegen / ob es möglich sey / und einer honesten Frau zugemuthet werden möge / daß sie einen so infamen/ an Ohren zerstimmelten / und an der Stirn gebrandmahlten Menschen conjugali affectu intra amplexus recipieren könne / zumahlen da (3.) die averratio allschon so tief bey ihr radiciret / und das damnum aurum irreparabile , wie auch das indeleibile stigma fronti inustum , als perpetua infamia sceleris notar , sothanen horrorem nothwendig allemahl erneuern/ und ohnzweiflich von Tage zu Tage vermehren werden ; nicht zu geschweigen / daß (4.) die Frau es selbst vor Gott und der ehrbaren Welt zu verantworten / und ein schweres Gewissen haben würde / wann sie per consensum in matrimonii perseverantiam sich und ihre iho lebende / oder hinkünftig zu erziehende unschuldige Kinder in das consortium dieser unausleschlichen infamie mit einslechten wolte ; da hingegen (5.) die ex parte mariti für gebrachte Einwendungen von der vermynten Erheblichkeit nicht seynd/ anerwogen/ (6.) salvâ doctrinâ Christi & Apostoli, Unserer/ sowol Theologorum , als J Ctorum eihellege Meynung dahin gehet / und die Praxis Consistoriorum Evangelicorum es sattsam bewähret/ daß die beyden besannen cause divortii nicht so simpliciter & exclusivè anzusehen / sondern auch viele casus , die reductivè ad unam vel alteram zu referiren / ebenfalls mit begriffen werden/ unter welche der gegenwärtige unsers Erachtens/ nicht ohne Grund und Ursache billich mit zu zählen ist. Inmassen der Ausspruch des Apostels Pauli 1. Cor. 7. v. 15 ist allerdings auch auff die malitiosos desertores zu appliciren und zu extindiren : So der Unglaubige sich scheidet / so laß ihn scheiden. Licet enim Apostolus in specie atque directo de eo casu loquatur, quò infidelis i.e. non Christianus maritus Christianam uxorem deserit ; non desunt tamen ex præstantissimis Theologis , qui ad quemvis ætatis , seu fidei conjugalis fractorem & desertorem maritum , ea extendunt. Post ipsum Lu-

therum & Melanchthonem, Hemming, *de Conjug. repud. & divort. p. 189.*
 Menzer, *Tr. de Conjug. circ. f. 9. repero hic, p. m. 326. seqq.* & id quidem ob
 gravem hanc rationem, quod si quis Christianus maritus suorum, ma-
 xime domesticorum, curam non habet, is fidem negavit, & est infidi-
 li deterior. *I. Tim. 5.* deinceps dann hieran nichts hindern mag / das sinè de-
 sertionis processu institutò ob desertione ad divortium nicht agiret
 werden könne; dieweilen in gewissen Fällen auch sinè tali processu, ut in
 casu præsente, auff die Ehescheidung erkannt werden mag / Casum vide,
ap. L. B. de Lyncker. Resol. 67. So dann und (7.) diese infamia so groß
 und abscheulich ist / das/ bey continuirender Ehe/ daran Theil zu nehmen/
 einer ehrlichen Frau nicht zu gemuthet werden kan / auch zwischem dies-
 sem casu und der infamia furti, oder dem delicto homicidii, den Ursachen
 halber kein Vergleich zu machen ist. Dann wann jenen falsa eine Frau
 mit dem Manne aus dem Lande zu ziehen von selbst resolvirt / es ein iudi-
 cium perdurantis adhuc affectionis conjugalis giebet / und in der ferne an
 unbekannten Orten die maculae ex talibus deliciis cessiren können ; in
 gegenwärtigem casu aber/ da der Ehemann bey der Frauen propter sedem
 fortunarum im Lande / oder gar in der Kürstl. Residenz-Stadt G. blei-
 ben müsse / das Alergerniss und der Eckel / wegen abgeschnittener Ohren
 und des Brandmähs/ jederman continuirlich vor Augen stehen/ folglich
 alle ehrlichen Leute dieses unglücklichen Ehooleks Umgang verabscheuen
 würde / auch die heftige averratio , auf Seiten der Frauen / offenbahr
 und für die emendation dieses so entseßlichen Anblicks kein mögliches
 Mittel zu erdenken/ ab illis ad hoc ganz keine illation zu machen/ ges-
 stalten dann auch (8.) das dahin abgewickende argumentum, quod divor-
 tio locus non sit, quia conjuges obstricti sint, ad calamitatis casu aliquo
 supervenientes patienter tolerandas , hieher nicht applicabel seyn mag /
 da gegenwärtiger casus calamitosus ad fortuitos vere & propriè tales,
 qui scilicet humanis consiliis, nec prævideri, nec averti possint, keines
 weges zu referiren/ sondern maritus denselben durch sein boßhaftiges de-
 feriren / als eine wohlverdiente Straße / sich selbst übern Hals gezogen /
 und sein unschuldig Weib und Kind darunter nichts leyden kan. Tum
 enim demum divortio locus non datur, si calamitas supervenit, *in qua
 nulla est culpa conjugis.* Neque fortuna punienda est, si culpa absit. Hem-
 ming, *l.c. ad ca. 3. p. 211.* ubi igitur accusator honestè vixit, & culpa
 calamitatis in accusatum recidit, iste autem petit ferri sententiam, pro-
 nuncie-

nuncietur hoc modō: *Cum persona, qua deliquit, suo scelere dissolvetur conjugium, Index autoritate Evangelii personam innocentem pronunciat esse liberam, & concedat ei, ut pro sua conscientia plē contrahat aliud matrimonium.* Quod consilium est Phil. Melanchth. de Conjug. Edit. Wittenberg. 1554. p. 13. b; & ei per omnia conforme celebris quondam Theologi aliquoties adducti Hemmingii ad casum sibi propositum: Dicit aliquis, inquit, uxorem, &c, eāductā, facinus committit, cum perpetuā infamia conjunctum, adeò, ut homines honesti eum mensē & mappe, ut dici solet, confortem non patientur; quid hīc faciet honesta & innocens foemina? Non est dubium, quin piæ & honestæ foemine talis casus sit multo tristior, quam si conjux adulterium commisisset. Durum quoque esset, innocentem, si continere se nequit, manere innuptam. Conf. Calixt. Disp. de Conjug. & divort. ib. 79. Nec est, quod quis precibus naturam certō immutatum iri speret. Und zwar solches eben so wenig als (9.) die von dem ex officio ad defendendum marium constituirten Fiscali fürgeschlagene palliativischen remedia den Schaden zu heilen/ vermgend seyn können; daß über einen in Kriegs- Recht ad aurium abscissionem & inurendum in fronte patibuli stigma verurtheilten malitiosum desertorem die Fahne geschwungen worden/ est planè inauditum, folglich nullā justā Principiū dispensatione möḡlich zu machen/ daß ein solcher infamer Mensch in numero civium vel opificum ullō modō ferner geduldet werden können.

§. VI.

In hunc censum veniunt insidiæ vitæ; & ob quas pariter insidiants conjux à successione repelletur; Conf. Stryk, Disp. de Divortiō ob insidiias vitæ fructus. It. hoc beneficium privabitur, si quis ex lasciviā, quis Muthwillen/ uxorem interficerit, ut habeat Richter. Vol. 2. Conf. 512. n. 15. per tot. Conf. Schütz. Lauterb. p. m. 455. med. ibi cit. l. 10. §. I. Solut. matr. Zafius n. 6. cod. Gothofred. ad l. 3. §. 3. ff. ad SCrum Silan. Lit. B; ubi de occisore Viro uxoris adulteræ idem statuitur. Quia forte alius consulto & ex proæresi occidens hoc allegare valeat & præse ferat, se ex inopinato tale quid perpetrasse. Ceslat quoque in

eo, qui impie & immodicè uxorem verberibus tractavit, ut ob saevitas immanes ac intolerabiles divertere coacta fuerit tanquam pars innocens, nam factò suò talis se reddidit successione indignum. arg. §. 8. I. de Obl. quæ ex del. Nov. XXII. C. 18. med. l. un. §. 3. C. de Latin. libert. toll. ibique Brunnem. n. 6. Add. Berlich. P. 3. Concl. 36. n. 33. ubi ad longum præjudicio notabili rem declarat. Huc quoque facit Responsum ap. Richter. de ao. 1617. Delin. S. 4. M. ult. n. 36. Nec non ille hoc beneficium non merebitur, qui uxorem gravi aliquo morbo correptam dereliquit, nec ei de Medicō, & aliis necessariis prospexit, exindeque mors secuta; arg. l. 10. §. 1. ff. Sol. matr. Hartm. Pistor. Obs. 52. n. 2. seqq. Schneidew. ad I. Libr. 3. ord. 4tō n. 25. vel adhibuit quidem medicum, sed imperitum, qui nullo equiparatur, Zaf. l. c. n. 9. aut incantatorem, magum & exorcizantem, einen Crystallscher/ Segensprecher/ oder einen weissen Mann/ quia non sunt medici appellandi l. 1. §. 3. f. de Extraord. cogn. Berlich. l. c. n. 20. 39. & 42. Bene tamen Medicus Sympatheticus, ein Sympathie-Doctor. Plures limitationes ex dictis sponte suâ fluunt, quasdam supra attigimus; pluribus vid. Lauterbach. ad ff. tit. de Jur. dot. §. 9. & 16. ratio enim & scopus Dissertationis vela contrahi jubet.

§. VII.

Affinia hujus materiæ sunt, PRIMO Successio Præatoria ex capite juris: Unde Vir & Uxor l. un. ff. & C. eod. §. 2. I. de B. P.; Nam nullis cognatis forsitan superstitionibus ad totam hereditatem aliunde, quam per hoc nullus admittitur conjux, & sic nec pauper. Inde quoque patet, non solum hodie adhuc utilem esse Bonor. Possessionem tam intuitu integræ hereditatis adipiscendæ, quam facilioris probationis; sed & summè necessariam, ut etiam *supr.* C. 3. §. 1. dictum, ibique instar omnium Disp. de Duobus Testamentis simul validis l. c. & §. 5. seq.
Præju-

Præjudicium videre est ap. B. Stryk. *de Success.* D. 4. C. 1.
 §. 4. de ao. 1575. Quod si vero conjuges in gradibus permisso
 sibi invicem sanguine juncti sunt, ut saepe contigit, possunt
 quoque ex tertio ordine, capite scil. *Unde Cognati*, ad succe-
 sionem reciprocum pervenire, Rittershus. *ad Nov. P. 7. C. 7. n.*
 4. Hahn. *ad Wesenb. tit. ff. Und. Vir & Ux. N. 1. f. Conf. Bo-*
cer. Clas. 3. Disp. 10. n. 58. Lit. C. SECUNDO, quamvis nulla re-
 gulariter conjugum successio in Feudis reperiatur, *2. Feud. 13.* Dari
 tamen certos casus, ubi conjunx superstes in eam partem succe-
 dit, quam vel ex dispositione Juris Civilis, vel Statuti Provincia-
 lis capere potest, ut si Feudum sit mere hereditarium, pro se
 & quibuscumque extraneis heredibus concessum, ostendit Bar-
 ry, *l.c. n. 7.* Stryk. *Exam. J. F. C. 4. Q. 45. It. C. 16. Q. 22.* & sic
 quoque juxta *Authent. Præterea*. hic pro superstite conjugi
 inopi decidendum foret; Accedit proximè quod dicit Struy.
Obs. 50. de Feud. hereditar. quod nimurum successor in Feudo
 matrem aut sororem inopem (die sich ehrlich / ihrem Stande
 nach/ von ihren eigenen Väterlichen angefallenen Gütern
 oder sonstien nicht können unterhalten und versorgen) alere
 teneatur. Vel alias simpliciter consuetudine vel statuto specia-
 li id receptum; Aut in genere extra casum inopie pacto in In-
 vestiturā adjecto hoc expressum sit, ut conjuges succedant,
 sicut præjudicium extat ap. Richter. *de Succ. S. 4. M. 1. §. 2.* Vid.
 Stryk. *eod. D. 4. C. 2. §. 5. seq.* ibique *l.c. f.* ubi alii adhuc sunt ca-
 sus & limitationes, in quibus prædicta regula cessat. In spe-
 cie Exemplum de Henrico Hassia Landgravio, qui de feudō in
 dotem datō nomine suo investitus & ita Comitatum Cattime-
 libocens. acquisivisse dicitur. TERTIO succedendi modus per
 Constitutiones provinciales & Statuta locorum singularia at-
 que consuetudines introductus. Portio autem statutaria con-
 jugum est diversissima, &, si unquam Jus Civile corrigitur &

mutatur, id certè hoc in passu obtinet. Richter. *Proem. n. 17.*
 Gail. 2. *Obs. 124. pr. Struv. Ex. 38. th. 40. §. deinde.* Quod Jus
 Saxonicum in hoc passu attinet, ibi maritus est hæres mobilia-
 ris indistinctè, exceptis utensilibus s. geradâ, quæ competit
 uxori cum donatione propter nuptias, si vir fuit ignobilis; at hac
 donatione non constitutâ in quartam civilem &c. Sic Moribus
 medietatem bonorum communi industriâ viri & uxoris con-
 stante matrimonio acquisitorum superstiti Conjugi cedere asse-
 rit Rittershus. *ad Nov. P. 7. C. 17. n. 5.* Conf. Garfias *de Acqu.*
conjugal. n. 149. Et juxta consuetudinem Amœneburgi Dice-
 ceos Mogunt. vigentem bona decedentis finè liberis, maxi-
 mè si adfuerint, finè ullò discrimine conjugi reliquo acquirun-
 tur, sive judicatum 1652. d. 1. Mart. refert Disp. Inaug. de
 Jure Consuetudinum, *hab. Marburg. priori ann. ibique §. 6.*
Consuetud. in vernac. Et ne patriæ mea oblitus videar, tan-
 tum adduco tritum Cassellis: Wer den Kopff hat/der schiert
 den Bart. Lauterbach, *ad Novell. 118. §. 50. Part. II.* Conf.
 Stryk. *d. l. C. 3. §. 20. & per tot.* De Justitiâ successionis
 hujus vid. Gail. & DD. *c. l.* DENIQUE IV. singularis here-
 ditatis modus per pacta, quæ omnium primò attendenda
 sunt, *l. i. & 7. ff. de Paet. l. f. C. de Paet. conv.* Lauterbach. *c. l.*
§. 49. Carpzov. *Jurispr. For. P. 3. C. 20. D. 1. n. 2.* Et sicut alia
 pacta ita & dotalia sunt antiquissima jurisque gent. *LL. cit. arg.*
§. 2. I. d. f. N. G. & C. Tob. 7. v. 16. ibi: *Ehestiftung/ alias*
vocantur, Ehezertrenn/ & hodie per totam Europam fre-
quentissima. Struv. *Ex. 30. th. 19.* It. 38. th. 40. 48. ibique Müller.
Lit. B; DD. *cit.* tam inter nobiles, quam rusticos. Brun-
 neman. *ad l. 5. C. dt. Hahn. ad Wesenb. ff. de Paet. dotal. nult. f.*
 Conf. Wehner. *voc. Leibgeding;* Quibus quandoque inser-
 tum observatur: das Letzte soll die Thüre zu thun. Vel: *Huth*
bey Schleyer/ und Schleyer bey Huth. Vid. *Disp. Inaug. sic in-*
scripta;

Scripta; hab. Marburg. nec non Inaug. de Praelatione in reb.
 alienat. &c. hab. hic 1712. Cap. I. n. 49. & 75. latè hoc Stryk.
I.c. D. 8. C. 5. per tot. Pluribus conf. Müller. l.c. 38. th. 47. Lit. (d)
 Hæc pacta etiam in casu indotati matrimonii valere verba Re-
 sponsi de ao. 1676. evincunt, ibi in f. Dahero ich aus diesen
 und andern geliebter Kürze wegen nicht angeführten Ur-
 sachen davor halte / daß des Seel. D. N. Frau Wittbe da-
 mit / was ihr in offberührtem Vergleich verschrieben /
 friedlich zu seyn schuldig ic. Stryk. *I.c. D. 4. C. 1. §. 28.* Vel si
 pauper conjux relictum loco legitima legatum à præmortuo
 acceptet, sibi præjudicasse videtur. *Id. c. l. §. 33.* Add. Berlich.
P. 3. C. 27. n. 29. qui pariter Responſ. affert. Hæc autem pro
 ingenii ac virium tenuitate in medium producta ut Benev. &
 Candidus Lector æqui bonique consulat, humanissimè roga-
 tur; Quod supereft, summo Patri, & Filio & Spiritui Sanct.
 quorum unam Deitatem sub pari Majestate & sub piâ Trinita-
 te credimus, *I. i. f. pr. C. de Summ. Trinit.* pro huc usque cle-
 mentissimè præstis mihi auxiliis, Deo infinito & immorta-
 li, immortales fint gratiæ acta, ei sit laus, honor, &
 gloria in sempiterna secula;

Amen.



Qua

Qua ratione queat conjux succedere pauper,
Hec EISERMANNI pagina docta docet.
Autor sit felix, ut præmia multa sequantur,
Dives non pauper sic quoque Doctor erit.

*Candidato honorum Doctoralium
optimè merito ita gratulatur*
BERNH. LVDOV. MOLLENBEC. D.
Consil. Hasso-Darmstad. Acad. Can-
cellarius & Antecessor. Prim.

Succedatne Viro Conjux, num viceque versa
Maritus costæ? Sat tua scripta docent.
Gratulor hinc coepitis; Numen tua vota secundet:
Ut fias Patriæ non sine laude decus.

*Nobilissimo & Doctiss. Dno. Candi-
dato, cum omni genæ felicitatis
appreciatione adscribebat*
M. D. GROLMAN.

PAndis Conjugii leges, hinc TE Themis ornat,
Et vult, ut felix sit torus atque forum.
Quis non sic Patriæ posset promittere de TE
Egregios fructus, auspiciumque bonum?

*It à festinante calamò adfectum suum
singularem tebari voluit ac
debuit*

L. FRANZ/ J. U. D.
Consiliarius Hassiacus &
Prof. Ordin.

Ad

525 ((73) 526

Ad Nobilissimum atque clarè doctum
DN. CANDIDATUM
EISERMANNUM.

Tria in eo, qui Studiosi honorum Artium non nomen, sed rem habere vult, requiri, ut scilicet *aureum caput, ferreum pectus, & plumbeos*, sit venia verbo, *nates possident*, vetus non minus, quam verum dicterium est. Per *aureum caput ingenium*, ad Artes ingenuas habile, per *ferreum pectus* obfirmatum adversus socradicam & illecebras animum; per *plumbeos nates* assiduitatem in studio & studio benè cepto intelligi, nemo fors in dubium vocaverit. Tria hæc in Te, *Candidate Optime*, semper fuisse conjuncta, quamdiu vel in nostra hac Ludoviciana, vel in vicina Marpurgensi, Literis atque Juri operam gnaviter dedisti, ex verò testari poterunt omnes, quotquot per integrum, &, quod excurrit, quinquennium Te Auditorem Doctores haberunt. Quare dum per hoc id consecutus es, ut Summorum in Jure Honorum præmia ex magno Tuò merito propediem Tibi sint conferenda; gratulor ex animo, pioque precor affectu, ut, quem Tibi porrò propositum habes scopum, juvante Deo, & intercedentibus Patronis, eum feliciter faustèque consequaris.

Tuus totus

IMMANUEL WEBER/ D.
Confiliar. Hassiacus, Jurium
& Historiar. Profess. Publ. Or-
dinari.

K

Coniu-

COniugis hic inopis dum docte iura tueris,
Non solo Ferri nomine clarus eris;
EISERMANNE, Vir es quoque dotibus aureus, auctum
His titulis monstrant aurea dicta Virum.

*His Nobilissimo DN. Candidato, Audit-
ori quondam suo & indefesso po-
litioris litteraturae atque iuris
cultori, ex animo gratulatur*

MATTHIAS NICOL. KORTHOLT,
Eloqu. vtriusque Prof. Ord. & Or-
dinis Philosoph. h. t. Decanus.

Siccine conjugio Doctores vincula ponunt,
Queis clarum jungis nomen in arte Tuum.
Scilicet hoc decus est laudis, sub munere tanti
Præmia doctrinæ commeruisse chori.
Nunc Parnassei Tu celsa cacumina montis
Transis cum meritis, digna brabea refers,
En grator coptis; quidnam nisi vota supersunt,
Ut faciat socium TE Deus ipse tonitruum.

*Ita Nobilissimo Dn. Candidato
& Auditori quondam suo
perfstrenuo de honoribus be-
ne meritissimis ex animo
gratulatur*

IO. GEORG. LIEBKNECHT,
SS. Theol. Lic. & Mathema-
tum Prof. Ordin.

Allusio

Allusio gratulatoria ad utrumque NOMEN
NOBILISSIMI DN. CANDIDATI,
ANDREÆ EISENMANN.

MADRIGAL.

Soll dann allein der Mann von Eisen seyn/
Der sich durch Eisen Chr erwirbt
Im Kampff/ da man zu ihm mit Eisen schläget ein?
Gefehlt! Man achtet den nicht minder/
Der ohne Eisen Palmen kann
Erhalten durch die Kunst / für einen Eisern Mann,
Da nun Astræa Dir den Lorbeer-Cranz geschwinder/
Als man vermeint/ aufs Haupt will setzen;
So zeiget Sie / daß auch dein Haupt
Recht Eisen sey/ und recht hat vieles ausgelaubt.
Gar recht. So bistu dann/
Und muß Dich auch der Neid für solchen schätzen/
Ein rechter Mann/ ein rechter Eisermann.

f.

In Eyl Cassel
den 22. Januarii
Anno Loccxviii.

J. G. R. S. C. C.


Sicque refers tandem Doctrinæ præmia grata,
Quæ jam concedunt Alma Deusque Tibi:
Surgit honos meritus, Famæ hæc est laurea digna
Hinc grator latus cunctaque fausta precor.

Pauca hæc Nobiliss. Dno. Can-
didato amico & conterra-
neo suo longe æstumato ap-
ponere voluit

F. U. WIEDEKIND,
L. L. C. Hasso · Smalcaldensis.

FINIS.





ULB Halle
005 350 948

3





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



Farbkarte #13

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

D. D. B. V.
~~DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA,~~
DE 1718, 4^a

SUCCESSIONE SUPERSTITIS CONJUGIS PAUPERIS;

AD
Authenici. Præterea, Cod. unde Vir & Uxor;

QUAM

Sub PRÆSIDIO
IMMANUELIS WEBERI,
JC^{TI}, SACR. CÆSAR. PALAT. COMITIS,
CONSILIARII HASSO-DARMSTAD. JURIS ET
HISTOR. PROFESSORIS P. ORDIN.

PRO LICENTIA
Summos in utroque Jure Honores
& privilegia Doctoralia rite capessendi,
PUBLICÆ EXCELL. DNN. PROFESS. CENSURÆ

SUBMITTET

ANDREAS GESCHMIDT /

HASSO-CASSELLANUS;

Ad Diem 5. Aprilis MDCCXVIII. M. H. L. Q. S.

GIESSÆ-HASSORUM,
Typis VIDUÆ JOH. REINH. VULPII, Acad. Typogr.